

f° 3:

Huius sancti Patris nostri dignos filios rursus et vehementius rogo ut historie curam habeant... Quidquid est ergo quod simplicitati ordinis aduersetur et iam nihil scriptis mandatur nisi ignavia nostra... Dico ignaviam nostram prætendere velamen simplicitatis et humilitatis quasi a proposito nostro alienum sit facta maiorum memoriae aut litteris mandare cum videamus vitas Patrum et Eremita-rum... esse conscriptas, et S.P.N. Brunonem ex Gallis requisisse S. Remigii, necnon in extremis consti-tutum convocatis fratribus suis ab ipsa infantia singulas ætates suas replicasse et totius temporis sui cursum scientia et sententia dignum proclamassem. Item R.P. Guigonem leglatorem nostrum vitam S. Hu-gonis Grationopolitani conscripsisse.

f° 3<sup>V</sup>:

...propteræ me omnium debitorem feci et secularibus etiam prodesse studi; nus-quam historici maiorem messem colligunt quam archivis monasteriorum in quibus rerum monumenta et fidelius scribuntur et melius custodiuntur.

f° 4

1619

3 die eiusdem mensis februarii Dominica sexagesimæ apud nos monasticam vestem induit multis secularibus presentibus D. Petrus Alvarez d'Olmos Bruxellensis Patre hispano. Fuit ab infantia hic nutritus et educatus in vicinia apud unam viduam, et hanc domum assidue frequentavit. Ad eius receptionem P. Prior non erat inclinatus, quamvis aliquot monachos haberet sibi faventes, et preces domini Spinasæ et aliorum Hispanorum reieceret sicut et uxoris D. Ludovici de Velasco comitis de Salassar generalis Praefecti Equitum Regis Catholici [quæ rogabat ut gratis cum reciperet quod a Parente nihil receperet] tandem ipse Comes debuit loqui qui P. Priorem venientem multo honore suscepit, et auctoritate sua atque argumentis animum D. Prioris expugnavit, quod multis beneficiis ab Hispana gente fuissemus affecti et reciperemus filios Hollandorum qui nostram Patriam devastarent. Multi verebantur cum ex necessitate magis quam ex pietate locum petere : tamen hac tenus non male audierat, nec erat quod obiiceretur ei præter pueriles defectus.

1619

22 februarii sabbato quatuor temporum quadragesimæ D. Judocus Ghindertalen suscepit ordinem subdiaconatus Bruxellis in Beginagio.

f° 5v

1619

D. Joannes Ancelinus revertatur ad domum Leodii suæ professionis.

vide ph. Belpheur

1619

Et D. Joannem d'Anthinne professus domus Lovanii ibidem a visitatoribus super annum in vicarium institutum confirmamus.

1619

D. Joannem Baronage professum domus Lovanii ibidem a visitatoribus super annum in vicarium constitutum confirmamus, in quo officio iam a multis annis perfecerat.

1619

S. Omaars : D. Philippus Belpheur revertatur ad domum S. Audomari suæ. Hi († Ancelin J.) enim Leodio propter Priorem absolutum fuerant dimissi sicut alter senior domus Leodiensis qui erat in S<sup>to</sup> Audomaro.

1619

Prædecessor (v. Martinus) enim turpiter loco et officio cesserat antequam misericordiam obtinuissest a Reverendo, quem, sicut et conventuales maioris Cartusiae (erat enim illorum comprofessus) non mediocriter perturbavit audita causa cessionis.

1619

D. Gaspar Grammaye revertatur ad domum Lovanii professionis suæ.

1619

D. Martinum professum et procuratorem domus Leodii a conventionalibus dictæ domus in Priorem electum confirmamus.

f° 7

Per capitulum huius anni fuerunt duo electi ab ordine. Unus professus in domo diestensi propter morbum caducum, quo se laborare celaverat in receptione ; et alter Antonius vander Brand, professus domus Lovaniensis propter frequentiores secessiones ab ordine : quem R<sup>dus</sup> Ep. Boon Gandensis suscepserat et constituerat in Flandria versus Brugas vicepastorem, et ei vestibus propriis enim induerat. Sed homo inquietus, suum Dominum et Curionem calumniatur inde recessit et rursus Cartusiam adiit ut dicetur.

f° 7v

1619

23 Augusti audivit hic [Brussel] quoque sacrum ipsem fundator novæ Cartusiæ prope Insulas D<sup>no</sup> Joannes Le Vasseur, cui D. Hubertus Faucompré professus Sylvæducensis, hic hospes, obtulit *librum quem in lucem ediderat gallice qui continebat pias precationes ad audiendam devote sacrum Missæ officium.*

f° 10v

Circa festum S. Michaelis venit ad hanc domum<sup>vis</sup> P. D. Valerius Ruths Prior domus d'Auray et quondam Nanetarum ex extrema Brittania in regno Franciæ, natione Flander et Antverpiensis quo properabat ad invisendum amicos suos et ut ab eis aliquid obtinerat pro domo sua : et dum ab eo peteretur cur in hac Provincia ordinem non fuisset ingressus, respondebat se dum Parisiis egisse dum propositum conceperat et ad domum d'Auray fuisse demissum quin et ædificationis gratia adjiciebat hoc verbum notatu dignum extra patriam salus : quæ semper illi obtigit quo adus que eam ingressus est, nam revertendo domum in via obiit et habuit missam de D<sup>na</sup> in Provincia Franciæ. Habuimus (si bene recorda ex ipsius amicis unam fenestram in magna ambitu, quæ forte est D. Cornelii Schot.

1619

In octavis S. Brunonis cantavit primitias suas D. Nicolaus Smisman Bruxellensis, qui et sacerdotalem hebdomadam tenuit : mater eius liberaliter et laute conventum tractavit. Quidam illi carmen cecinit et chronicon istud dedit : ClbabIs nos eX aDIpe frVMentI.

1619

Et ne ingratius simus dabimus illi Epitaphium quod ei posuit Iustus Rycquius Gandensis Poëta quoque non minus celebris in cuius ædibus habitavi.

Piis manibus

R. P. Bernardi Bauhusii Poëtæ et

Ecclesiastæ clarissimi

Ibat Apollinæi Bernardi morte triumphans

Mors, iaculi astentans verbera certa sui

Mox circum eximios Parnassi numina Manes

ut gemitu et lachrimis obsita vidiit, ait

Plaugite Pieridos, nam damnum hæc tela dedere

Quod nulli poteruit restituisse dies.

f° 12

1619

17 novembris in festo S. Hugonis Ep. Linc. Antverpiæ placide obdormivit in D<sup>no</sup> R. P. Bernaruds Bahusius S. J. presb. et facundus Ecclesiastes necnon Poëta celeberrimus, frater Prioris n<sup>ri</sup> D. Gisberti, qui eo se contulerat et a quo in extremis enixe petiit participationem ordinis sive particularia suffragia post mortem, nam dum viveret fuit eidem ordini addictus et aliquando comædiam composuit de S. Brunone et passim carmina, illud de Vita Cartusiana subiicio...

Dum decumberet moriturus habebat iuxta se chartam et atramentum, ut versus quos concipiebat cartæ mandaret ; dixit amico se morbum contraxisse in festo S. Bartholomæi dum tractaret pro concione istud thema pellem pro pelle dabit homo pro anima sua, ut maiori energia et fervore verba haberet ad populum hispidum illicium induerat, verum dedit pellem et animam pro Deo. Et ne ingratius simus dabimus illi Epitaphium quo ei posuit Iustus Rycquius Gandensis Poëta quoque non minus celebris in cuius ædibus habitavi

1619

Circa idem tempus D. Petrus Daems professus domus Liræ ad maiorem Cartusiam se contulit impetrata licentia a R<sup>o</sup> Patre, et viatico a Parente suo, qui est dives et inclytis civis ac mercator Antverpiensis qui et insuper promisit pecuniam pro honesta sustentatione filii sui quamdiu in Cartusia esset commoratus. Zelo ordinis adductus fuit ut ad primariam domum se conferret, sed si velit verum fateri non tam discendi, quam docendi studio, nam iam pro reformatione ordinis librum composuit, quem cum R<sup>do</sup> Patre volebat conferre et existimabat R<sup>dum</sup> Patrem sua opera et consilio usurum ; sed quod visitatores ei prædixerant, evenit : R<sup>dus</sup> enim Pater D. Bruno nimis sibi sufficiens erat quin e contra dedit illi duos Præceptores, unum qui doceret cum cantum, alterum qui instruerit in cæremoniis, ut qui Magister hic fuerat, discipulus ibi esse cogeretur. Mirum aliquem ibi non repertum qui ad utrumque docendum idoneus in ventus fuerit : sic D. P. Daems facile omnes pretentiones suas dereliquit non in opinione sua sustinenda pertinax (quod timebatur), facile moribus francicis se confirmavit ad quos ex se satis propensus, oblitus simplicitatis Provinciæ quam visitari curavit.

f° 12v

24 novembris institutus est a P. Priore confessarius, senioribus prætermissis, D. Vincentius Knibbe, bonnæ spei iuvenis, moribus facilis et industrius, doctrina nullis præsentibus inferior. Hoc tempore formabat imagines B. V. ex ligno colliganti ac depingebat in favorem Patrem Soc., qui formas concesserant, agnos Dei cantilla ornare noverat. Sub finem anni recepit Patrem suum senem et debilem, qui habitavit in hac domo sesquiannum, et cogebatur de die in cella retinere propter defectum memoriæ et aliarum virium. Acquanimiter hoc ab omnibus ferebatur propter honorem quem debemus Parrentibus, quod filio non erat nisi pœnibile donec aliter ei fuit provisum.

1619

D. Claudius de Rie Barto de Ballançon Burgundus... qui etiam Hermenses fuit liberalis apud quos in Septembri præterito professus est D. Fredericus Kogelkenius, ipsius scriba... Sed postea gratiam professionis gratis illi datam non agnovit, qui professionem revocare in dubium studuit nec expectationi de se conceptæ respondit... exemplo ipse quoque est ne in favorem Principis personas recipiamus...

1619

10 decembris D. Claudius de Rie Baro de Ballançon Burgundus non minus fortitudine militari, quam pietate in Deum illustris, dedit in manus Patris Sacristæ centum viginti florenos, quos ante promiserat pro candelabro æneo maiori ponendo ante summum alltare... Pro quo [Fredericus Kogelkenius ipsius scriba] fecerat hic etiam instantiam ut reciperemus eum. Sed quia erat monoculus et deformis in facie non annuimus petitioni ob frequentiam sæcularium qui ad hanc domum veniunt, quamvis ingenio valeret et doctus haberetur... Utinam P. Priori eadem constantia adfuisset qui hunc repudiavit et alterum quamvis divitem sed fœtentem non admisit ita ut hoc tempore pauciores essent postulantes bene apti.

f° 13

1619

16 Decembris circa horam secundam mane in vivis esse desiit Amplissimus D. D. Balthasar de Robiano suæ Cels. Thesaurarius... Quamvis multitudine negotiorum obmeretur numquam adventantibus durius respondebat, religiosos honore præveniebat. Huic factum est ut D. Gisbertus Prior huius domus se facile in eius amicitiam insinaverit atque in negotiis suis ac postulationibus pro constructione cellarum apud suas Cels. præcipuum fautorem expertus sit et alii Priors ordinis nostri, maximr PP. Commissarii pro amortizatione bonorum novæ domus prope Insulas. Et honorifice de nostros ordine loquebatur et stabilitatem efferebat qui numquam indignisset reformatione, quem et aliis principibus commendabat, signanter Præfecto militiæ Marchioni Spinolæ, cui amicitia et familiaritate coniunctissime erat. In præcipuis solemnitatibus anni Missæ conventuali intererat, et nonnumquam nobiscum in cœnaculo refectionem sumebat, recreaciones in vino et pastilitiis sæpius largitus est. D. Gerardum Eligii et fratrem Ægidium conversus ad hanc domum promovit eisque vestes et necessaria suppeditavit. Et pro cella notata F, 600 fl. dedit, propter hæc et alia existimo nos hoc tempore non habuisse maiorem fautorem et benefactorem præ ipso ; unde P. Prior dignum duxit eius exequias cum responsoriis celebrare habitu consensu et consilio V. P. Visitatoris... ad quas et filios (in nos etiam propensos quique duas in maiorì ambitu fenestras dederunt) invitavit 10 seq. jan.

f° 13v

1619

Edidit [F.K.] immediate ante ingressum ordinis quoddam *Marianum elogium* latino-gallicum contineus 5 psalmos qui incipiunt a litteris nominis Maria pro gratiis agendis B. Virgini quod fuisset receptus in ordine.

1619

29 decembris P. Prior D. Joannem a Blitterswyck sacristam ab officio Cantoris quod vicio gutturis sive raucedine saepius laboraret quod officium multos annos novem circiter exercuit, et pro eo instituit D. Judocum Ghindertalen adhuc subdiaconum, cantorem, qui bonam et tubalem vocem habet, artemque canendi tenet et ab ipso magnum choro nostro provenit subsidium, nisi quod aliis altius parum canentis non possit assequi. Unde D. Meldeman professus Cartusiæ dicebat si in Cartusia esset, perpetuo deberet silere, et hinc factum est ut unus chorus altero altius caneret sed tamen in missa conventuali a multis confusionibus præservavit et chorum sustinuit. D. Hubertus Fauconpré hic hospes cum multum invit in addiscendo cantu sicut D. Smisman qui sequenti mense in suo choro succendor est creatus.

f° 14v

1620

3 februarii D. Petrus Alvarez d'Olmos Bruxellensis sed patre Hispano 20 circiter annorum professionem emisit. Præsens aderat D. Ludovicus de Velasco et D. Spinosa qui putabant etiam remanere in prandio, sed P. Prior respondit nihil pro eos paratum esse, nec aliquis alias secularis cum P. Priore comedit. Sed conventus habuit pitantiam et novus professus novam vestem quamvis grandi macula deturpatam. Putabam sic emptum fuisse pannum sed postea intellexi culpam fuisse sartoris. Illi gratiam opto ut memor professionis suæ candidius appareat conspectui Dei. Si vero vitium fuerit in conversatione nec lachrymis pœnitentiæ ablutum macula apparebit in veste.

f° 15:

Lector benevolus dabit mihi veniam si de ea re liberius scribam quandoquidam privatum intra parietes cellæ vel monasterii mea scripta contineam... Cui minus ista placebunt, poterit has duas paginas sibi invicem conglutinare

1620

Ultima Martii obiit Venerabilis Pater D. Robertus Mallerius nobili ex prosapia natus in Anglia, Prior Schenæ Anglorum Mechliniæ, qui dedit nobis fenestram in ambitu ; vir duræ et austerae vitae, qui in ultimo morbo tempore quadragesimæ adduci non potuit ut lacticinia sumeret. Qui post lucratas multas patientiæ coronas ex morbis et molestiis conventionalium nec non Jubilæum Pauli V animam Deo reddidit, honorifice sepultus apud PP. Augustinos Mechliniæ ante Summum altare ad quod fumus prosequendum Prior noster accersitus fuit. Ambundabat ædificatorio et spirituali sermone prout retulit D. Judocus Ghindertalen, qui eo inerat huc pro suscipiendo ordine diaconatus.

f° 17

1620

In Hispaniis obiit D. Joannes de Madraga professus Portæ-Cœli doctus et humanissimus, qui hispanice *Vitam seraphici Patris S. Brunonis Patriarchæ ordinis Cartusiensis* in lucem edidit, impressam Valentiæ in ædibus Petri Patricii Mey, una cum *Originibus et Consuetudinibus sacri eiusdem ordinis*, quæ librum secundum faciunt. Et censor indicavit librum multa cura et studio compositum, et crisi exquisitoris libraminis ac sub spe maximæ utilitatis in usum præcipue et solatium Cartusianorum elaborantum, quem si attente præsentique animo legerint proderit eis ad sublevandum animym, et ad onus Religionis acquanimius ferendum.

1620

Antonius ibidem donatus vadat ad domum dictam Diestensem.

1620

D. Nicolaus Bevers professus domus Lyræ revertatur ad domum suæ professionis. Fuerat ibidem sacrista.

1620

Leuven : D. Simon Bode ibidem professus vadat ad domum Sylvæ S. Martini, ibique exerceat officium sacristæ.

1620

In nostra Provincia obiit D. Adrianus Dorpius professus et Vicarius alias Prior domus Capellæ. Habuit missam de B. M. Vir misericordiarum, qui in caritate maxima annonæ gentilibus suis effusis liberalitatis habenis subvenit, flagrante Ninoviensis oppidi incendio. Ipse idem diversa exilia, et diversas quarere terras, coactus modo inter Sicambros, modo in Cartusia Erffordiæ partem ærumnarum suarum devoravit : unde per Visitatores revocatus tandem et ipse in Collegam assumptus est. Decessit e vita anno 1619.

1620

Domnus Jacobus Goossens, professus domus Capellæ vadat ad domum dixtam Diestensem.

1620

Domui Shene Anglorum pastore orbatae præficiimus in Priorem D. Thomam Haloes (qui erat Procurator et nunc sunt 12 anni ex quo perseverat in prioratu).

1620

D. Andreas Lintz professus ibidem vadat ad domum Capellæ et confirmet se ceteris.

1620

D. Joannes Marensis professus domus Leodii et ibidem sacrista, in quo officio obiit in domo monachorum Brugis qui ibidem permansit ab anno 1609 fere semper vicarius. Fuit statutorum zelosus et diligens et a paucis diebus accepi duos libros manu ipsius scriptos collectanea super Evangelii totius anni continentis. Habuit vehementiores tentationes Spiritus tam in vita quam in morte. Postquam celebrasset postremo prædictum se non amplius celebraturum.

1620

Et frater Paulus conversus domus Bruxellæ vadat ad domum Lovanii (habitavit in dicta domus 9 annos continue).

1620

Daniel Thuer ibidem professus vadat ad domum Lyranam

Hic erat probus religiosus sed satis inquietus, et impediverat quo minus fieret electio, sperans se a Capitulo impetraturum aliquem Hispanum, qui esset velut alter D. Petrus de Leon.

f° 17v-18

1620

D. Antonius vander Brand, prof. d<sup>s</sup> Lovaniensis in omni vitæ status inconstans, dum toleraretur ut sacerdos secularis, alium quempiam ipse non ferebat, dereliquit curionem, et postea adhaesit Domino cuiquam ut sacellanus cum quo profectus ad Montem acutum, dum ibi celebraret, et peracta communione cum ciborio benediceret astantibus cooperculum in terram decidit cum magna ipsius confusione. Tandem vitæ istius pertæsus, vel ex paupertate coactus Cartusiam adiit, et petiti a R<sup>do</sup> Patre rursus in ordinem admitti, qui ad aliquam proximiorem domum misit ut rursus a novitiatu inciperet. Sed prior istius domus maluit a suo officio absolvı, quam cum recipere. Receptus a successore paucis ibidem mensibus mansit. Qui denuo R. Jacobus Boonen tunc Archiepiscopum Mechliniensem adiens, sperabat pristino favore amplectendum, verum ad eius adspectum immutatus Præsul quamvis natura et nomine sui bonis, non possum sustinere, ait, istud scandalum. Et tunc alligato canone cuiusdam concilii volebat ut ordo cum reciperet; et volentibus superioribus apud Cellitas carceri nancipatus fuit, a quo se exempt dum forte Prior Leodiensis cum inviseret, et ostium reliquisset apertum. Videns igitur se hic tuto non versari, in Germaniam ni fallor, cum militibus profectus in isto misero statu, et pœdore mortuus est.

1620

Et hæc Provincia non suo tantum sed et aliarum provinciarum onere gravabatur, et a principio Junii domus per ordinem menstruam pensionem fere triginta florenorum pendere debuerunt cuidam professo domus Papiæ N. Mellanio cognomine ex mandato Ill<sup>mi</sup> Nuntii ad quem configuerat et honesta veste sacerdotali donatus ab ipso Prælato, fuit et benigne auditus in suo propositione qua alligabat se ætate minorem intrasse ordinem atque etiam allectum fuisse. Erat autem natione Traiectensis ad Mosam, propterea superiores tædii levandi causa ad hanc Provinciam amandaverant, et aliquot annos in domo Leodiensi habitavit, et tandem domum remissus atque pro viatico trecentis florenis donatus, non in Italiam sed in Hollandiam se contulit atque aliquandiu Juliaci sub confœderatis ordinibus militavit, et inde huc venit. Nuntius a S. Severino, vir apostolicus ut animam hominis lucraretur, inquisitionem instituit de molestiis ipsi exhibitis a noverca, et misit Traiectum qui testes audirent secundum quorum relationes illum ab ordine exempt, et in sacerdotis secularis statu vivet. Militiam maxime sequitur fungens sacellani officio.

f° 18v

1620

Postquam igitur prædictus confrater [Dierhout] ordinatus fuit, non sustinuit Antverpiæ manere (cum necdum ibi haberemus domum ordinis) sed illico e templo navem cum D. Procuratore ascendit zelaus honestatem ordinis, et gratiam in ordine suscipiendo collatam conservare, et in hoc imitans D. Jesum, qui post baptismum spiritu ductus est in desertum, sic ipse solitudinem repetiit et cursum divini officii, ut ipse cum D. Procuratore eadem nocte matutinis in domo interesset : cum e contrario laicus quidam et e senioribus quidem ægerrime ferret sibi non licere ad dedicationem Antverpie, sem (quæ sequenti die SS<sup>mo</sup> Trinitati sacro celebratur) ire, cum hic religiosus adeo iuvenis et qui perpetuo in claustro degit tali curiositate detinere non potuit Patefecitque se Dei amore in cella inclusum manere.

**1620**

In jejuniis quatuor temporum infra octavas Pentecostes misit V<sup>lis</sup> Prior D. Nicolaum Dierhout D. Procuratore comitatum Antverpiam ad suscipiendum minores ordines et subdiaconatum.

Petrus DE WAL, IV, 18<sup>v</sup>, 1620

f° 19

Circa festum S. Joannis Baptistæ quod occurrebat infra octavas V<sup>lis</sup> Sacramenti divertit ad hanc domum D. Joannes de Meldeman natione Namurcensis professus autem maioris Cartusiæ atque ibidem coadjutor quem R<sup>dus</sup> Pater cum D. Emmechovio convisitatore post Capitulum dimiserat ut proprius cognosceret de statu domus et Provinciæ, et quidem volebat imponere onus Commissarii pro visitandis domibus ad formam ordinis, sed præ humilitate excusavit. Interim dissimulabat rem propter quam venerat, et agebat cum Domino Comite cubiculario S. Celsitudinis de negotiis maioris Cartusiæ, vel visitabat Parentem senem et extreme ægrotantem et alias domos ordinis, nec non novellam plantationem prope Insulas. Nostri autem officiales P. Prior et Procurator omnibus obsequiis eum excoluerunt et demererunt studuerunt et unus semper illorum dum foras iret cum comitabatur, et ut P. Vicarius mihi facile persuasit eum sumptibus sublevabat, quin etiam famulum novis vestibus P. Prior induit, qui (ni fallor) qui aiebat conventui, cum indiguisse sed non propterea debebamus solvere et in civitate apud amicos domus curabant convivio excipi, et cum domum civicam lustrasset et ex turri ipsam civitatem. Dum descenderet, quidam notarius D. Asbrouck, avunculus fr. Andreæ Conv. (ni fallor) præbuit illi ni suo musæo collationem. Nihil omiserunt ut possent illum demererunt, prudentius agentes quam ille Prior qui avenam equis et sufficientia alimenta PP Commissariis denegabat, et quamvis non potuerint avertere fatalem necessitatem et absolutionem ab officiis, tamen ipsius favorem etiam tunc et postea experti sunt.

1620

Dns Asbrouck, notarius avunculus fr. Andreas.

1620

15 aug. obiit D. Petrus Serval professus Cartusiæ, hospes in domo Lugdunensi alias Prior eiusdem, necnon et domus Montis Dei, visitator Provinciæ Picardiæ. Hic pater fuit magnus zelator ordinis pro quo multos labores subivit, multas Provincias auctoritate Capituli generalis et R<sup>di</sup> Patris visitavit, etiam remotissimas Hispaniæ et Lusaniæ domos, et bis hanc provinciam, et ob alia negotia ad aulas Principum Commissarius et delegatus R<sup>di</sup> Patris missus Romam, hagam Comitis, ad Regem Franciæ sæpius, et ad servitutes dicam potius quam honores factus videbatur, nam urbanitate præstantia animi et egregia corporis forma præditus erat, nec minus experientia valebat, nam ante ingressum ordinis fuerat Archidiaconus Rhenensis, ni fallor, saltem sacerdos ibidem. Et cum R<sup>do</sup> Patre Brunone d'Affringues novitus receptus in magna Cartusia a R<sup>do</sup> D<sup>no</sup> Hieronymus Marchand cuius curam gessit in extrema infirmitate etiam tum novitius: aliquoties fuit scriba capituli et ad obsequia præstanda Prioribus adventantibus paratissimus; denique se totum Deo et ordini devovisse videbatur, quamvis postulasset a R<sup>do</sup> patre absolutionem a Prioratu Montis Dei, post aliquot annos rursus ad Prioratum domus Lugdunensis promotus fuit, ibique defecit viribus et sensu ob vehementiam morbi (calculo enim laborabat) et in suburbanam domum olim monialium Poletensem amandatus dolorum et vitae finem accepit.

f° 20

a.1620: ...a duobus circiter annis serio proposuerat ordinem ingredi, verum locum aptum et magistrum idoneum indagabat; consilioum suum et propositum secreta communicabat cum P. Joanne L'Apostole seniore nostro, qui si Dorlandum, Sutorem et alios scriptores ordinis dabat ad legendum...De hoc neophito habet alma mater Cartusia quo Deo gratias et sibi congratuletur quamvis quinquaginta pene annos ætatis combleret nam attulit ei pecuniam sufficientem ad se alendum...et erat vir multis animi dotibus ornatus et multarum linguerum peritus. Valde familiapiter usus fuit Erycuo Puteano, cuius literas ad ipsum datas plurimas penea me servo...

1620

Visitatores petiti a Priore Sylveducensi et obtento salvo-conductu eo se contulerunt, ista domus a 14 annis non fuerat visitata, nam P. Emmechovius, nec in hac domo Prior nec illa visitationem unquam habuit.

f° 20-20v

a.1620

Hac septimana Dominus Maximilianus Plouvier secretarius Legionis Comitis d'Emden ac eiusdem oeconomus ac consiliarius tribus continua diebus nobis pitantias in civitate paratas subministrari largiflue curavit, sed quasi per eas rigor ordinis relaxeretur quidam, qui forte non norunt abundare et penuriam pati, oblocuti sunt. Et quod deforis per civem Ghindertalen Patrem D. Judoci paratæ fuissent. Non tantum nobis improveratum fuit, sed et benefactori, qui hoc anno adhuc satis abundantanter vinum conventui dederat : quo ista tenderent brevi post intelleximus cum vidimus cum sub finem mensis in profesto S. Michaelis cum D. Joannem Meldeman coadjutore in maiorem cartusiam proficisci confrater ordinis futurus cuius benefactor fuisset (nam et in ambitu fenestram dedit). Aliis etiam monasteriis in hac civitate benefecit ; cumque viderent cum amici et noti tam liberalem, et quasi prodigum bonorum suorum, iam eadem in animo contemptisse non fallaciter autumnabant. Nam a duobus circiter annis serio proposuerat ordinem nostrum ingredi, verum locum aptum et magistrum idoneum indagabat ; consilium suum et propositum secrete communicabat cum P. Joanne L'Apostole seniore nostro, qui ei Dorlanum, Sutorem et alios scriptores ordinis nostri dabat ad legendum, non dubium quin orationes eius et eleemosynae ascenderint in memoriam in conspectu Dei qui misit ei præfatum patrem Meldeman tamquam angelum suum qui educeret cum de terra ...

1620

De hoc neophyto habet alma mater Cartusia quod Deo gratias et sibi congratuletur quamvis quinquaginta pene annos ætatis combleret, nam attulit ei pecuniam sufficientem ad se alendum (tria vel quatuor millia florenorum) et erat vir multis animi dotibus ornatus et multarum linguarum peritus.

1620

Meo tempore nescio an Persona tam bonæ notæ ex hac Provincia ad nostrum ordinem accesserat, nisi forte D. Petrum Daems Antverpiensem mihi quis obiiciat. Sed adhuc hic parentibus subditus erat. Comitem se eis præbuit et alias egregius adolescens. Quarre Audomarensis filius consiliarii ibidem accessit et tertius sacerdos secularis Athenensis, qui in via recessit ab eis, quod Comitibus non ita se gratum persiceret.

1620

In festo Nativitatis B. V. vicinus noster Haré francus natione et devotus vir, qui nostram Ecclesiam frequentabat, obtenta pridie a V<sup>li</sup> Patre Priore licentia, vocavit quosdam sibi notos cum quibus circa vesperum (cuius anniversarius dedicationis dies celebrabatur) Rhytmum in honorem B. V. et aliquot psalmos cum instrumentis musicis decantaverunt ut excitarent vicinos ad pietatem (nullus enim monachus interfuit) et occurreretur aliis malis et insolentiis nam ante unam atqu alteram septimanam ante prædictum sacellum et portam nostram quidam

tripudiabant et nonnullas turpes cantilenas decantabant, quod urgebat in nostrum magnum dedecus, atque ut eos inde facesseret portarius necesse habuit pulsare aliquoties campanam dicti sacelli atque optandum esset ut V<sup>lis</sup> Prior non solum permitteret sed saepius fieri mandaret, nam in sacello antiqui monasterii singulis diebus (prout) habetur in libro sacristæ Pædagogus cum discipulis suis, qui a nostris alebantur, circa vesperum devote et alacriter in honorem Mariæ matris Christi laudes depromebant : et rariora sunt sacella circa fines hos civitatis.

f° 20v-21

D. Johannes Richardus professus noster et Procurator ibidem (Brugge) in vigilia S. Hugonis fuit a suo Priore tumultuarie convocato conventu ab officio Procuratoris absolutus. Qui, ut facti sui rationem redderet P. Visitatori Gandavum profectus est; et P. Visitator qui magis serus est ad huiusmodi absolutionis, obedientiam illi misit ad domum suæ professionis Bruxellas reverteretur, ne ibi maiori tristitia absorberetur, quia non modicæ spei et expectationis vir erat, quem propterea Prior magis suspectum et invisum habebat.

f° 25

1621

... D. Wenceslaus de Plenevaulx ultimus professus domus Delphensis qui ex hac vita migravit hospes in domo Diestensi 10 januarii, coadjutur quondam huius domus et Prior domorum Sellionis et Boniloci in Francia ; et nunc vicarius nunc procurator in hac Provincia. Qui 54 annis laudabiliter vixit in ordine ; vir erat egregiæ staturæ, moribus probus. In officio minus deserviebat, et cellæ melior nicola, in qua se bene exercebat nunc scribendo nunc tormiando. Et dicebat se testimonio bonæ conscientiæ magis gaudere quam externis solatiis; in cella enim officium divinum vacat magis debite et devote persolvere, et se immaculatum custodire ab hoc sæculo, et cum vespere rationem iniret secum de transacto die non inveniebat se graviori culpa obstructum.

f° 26

1621

Status domus talis est : sunt in ea 14 monachi inclusio Priore, ex quibus sunt sacerdotes undecim, unus diaconus, unus subdiaconus, et unus nondum promotus. Conversi sunt quinque et donati quatuor et unus famulus secularis cum equo ad opera necessaria. Habent aliquam provisionem necessariorum, debent utcumque multa, et vicissim muta debentur ipsis.

1621

8 Februarii visitationem ab ordinariis visitatoribus satis rigidam habuimus dum interim frigus (ut dixi) usque ad cor sæviret (prout satis expertus fui tunc temporis), de statu V. P. Prioris Gisberti et domus sic in carta sua testificati sunt :

Invenimus V. P. D. Gisbertum Bauhusium Priorel, cuius industria et labore domum ipsam hactenus sic satis promotam cognovimus facultatibus nimirum eiusdem exteruisque bonis paulatim accrescentibus, mansionibusque ac ædificiis iuxta formam ordinis decenter in altum surgentibus, quorum quidem ilegantia ac venustate sicut perspicuum est pios adventantium oculos sæpius oblectari ita eorum usu et commoditate facile est inhabitantium animos ad fervorem spiritus excitari, accendentibus præsertim aliis quibusdam incitamentis virtutum et gratiarum quas in prædicto Patre suo filii eius venerantur et laudant, ut qui in conversatione sua in divinis laudibus assiduum et laboriosum in consolandis infirmis benignum et obsequiosum.

f° 26v

1621

In hac visitatione facta est misericordia D. Aegidio van Blitterswyck Procuratori, quod officium fere decennium exercuerat. Industrius comprimis fuit et præticus in emptionibus et venditionibus, et in ceteris contractibus incundis, diligens et proviolus ut nihil unquam decesset provisionibus domesticis. Quem in principio plurimum instruxit Pater vius qui æconomiæ laude excellit quique illius opera et diligentia ipse et successor ipsius D. Gisbertus maxime usi sunt in fabrica domus promovenda. Item liberalitate plurimum commendatur a laicis quibus cum foras prodirent sufficientes pecunias daret. Conventum bene tractavit et necessaria suppeditavit. Lectori quoque refectorii competentem pitantiam iussit ministrari pro gratia ad cœnam cum antea duo tantum ova cocta in sartagine aut vix acquiniales haberet, verum sub finem videbatur aliquid remisisse de studio œconomiæ cum domus haberet debita et a biennio fabrica domus vix fuisset promota... non est data illi successor. Sed hæc cura et totius prudentia reservata est R<sup>do</sup> Patri et futuro capitulo Geenerali.

1621

Sequenti die Prior Capellæ D. Michael Jensema huc accedens vocatus a P. Vsitatore invenit se absolutum cum Procuratore suo ex mandato R<sup>di</sup> Patris eo quod contra bullam Summi Pontificis et statuta nostra aëdificasset domum in Opido Angiæ non habito consensu totius Conventus, cuius potior pars scripsit ad III<sup>m</sup> Nuntium, qui rescripsit conventionalibus ut primo scriberent ad superiorem ordinis et si non faceret iustitiam, tunc suis partibus non defuturum. Et prudenter quidem in hoc in aliis se gessit D. de S<sup>to</sup> Severino. D. Michael fuit venerabilis Pater et vir antiquis moribus nec parum spiritualis, qui aliis quoque domibus præfuit, et redditus cellæ ante paucos annos rursus electus in Priorem iam ætate grandævus (ut dictum est) domo Capellæ, cuius familiam aliquot personis auxit, ei quia senio premebatur curam externorum in Procuratorem D. Petrum Lamberti reiiecerat et permisit cum conceptam fabricam utillem quidem sed non plane necessariam perficere. Vereor ne id iusto Dei iudicio id illi acciderit, ait qui postrema sua absolutione a Prioratu domus Buscoducensis apud Sedem Apostolicam conquæstus fuisset de PP. Commissariis ab eadem iam absolutionem denuo acciperet.

1621

Electione data conventionalibus D. Franciscum Schotte professus domus Lovaniensis, natione autem Bruxellense, successor designatus est. Vir admodum pius et religiosus.

His diebus D. Hubertus Faucompret professus domus Sylvæducensis, hospes in hac domo, cuius supra fecimus mentionem laborasse thussi æthica obtinuerat licentiam a R<sup>do</sup> Patre per medium Legati Regis Franciæ, ut posset redire ad patriam et ibidem haurire auram primam et se recreare per tres menses. Verum cum significasset hoc P. Visitatori Provinciæ ægerrime tulit, et prolixam Priori nostro rescripsit epistolam prohibens ne ipsum pateretur percivitatem vagari, nec voluit laicum concedere, causans hoc a Reverendo Patre sibi non esse iniunctum, et acerbissime reprehendit dictum D. Hubertum, quia, inquit, si suadentibus medicis debeamus obtemperare, etiam relaxanda erit in morbo abstinentia a carnis, nec per hanc divagationem obtinebit pristinam sanitatem. Quare his visis epistolis (quas non sine lachrymis legebat) renuntiavit prædictæ licentiæ. Recreationemque suam libavit D<sup>no</sup>. — ut verum fatear ad hanc licentiam dandam quodammodo coactus fuisse videtur R. P. propter auctoritatem Legati regii, qui etiam recens beneficium contulerat in coadjutorem Cartusiæ D. Meldeman dando salvum conductum pro se et suis comitibus et ideo D. Hubertus modeste correptus fuit a R. P. in epistola quam ad ipsum scripsit dicens : si tanta erat infirmitas opus non fuisse propterea interpellare D. Legatum cum ipse propensus sit ad subveniendum ægrotis... Una cum hac epistola R. P. misit valde authenticam licentiam pro D. Huberto... præcipiens prioribus ordinis ut gratiam hospitalitatis ei exhiberent. Ea tamen non est usus propter P. Vis. offensionem, quantum ad me rī videbatur ttm. causam indignationis habere, quia D. Hubertus erat vir gravis qui cum ædificatione maiori poterat conversari cum secularibus quam multi alii officiales, et insuper desiderabat videre et legere litteras et monumenta quæ sunt penes Capitulum canonicorum Siclinensium, prout erat scriptio deditus.

... iussit cum lectum decumbentem currui istius monasterii imponi, atque una cum medico Aldenardensi cum comitati sunt equites ; quidam alias invenis penes cum mansit in curru. Atque prima nocte hospitati sunt in Sylva S. Martini, quæ est domus ordinis n<sup>ri</sup> satis incommodo, propterea quod tunc temporis P. Prior cubicula hospitum restauravit : mane igitur sequentis dici sumpto ientaculo rursus in viam sese dederunt. Et frater quidem cum medico præcesserunt quos magis expedisset penes ægrotum mansisse qui optasset se extra currum. Sed quando, inquit huc usque per ventum est, oportet progredi atque in finem usque opus est animo, petiti que a comitibus haustum vini ex utre quem secum habebant. Quo potato continuo in fabres incidunt, propterea ab astantibus meliori quo poterant modo vestibus et operimentis sicut iacebat in lecto tectus fuit. Postea intericto temporis intervallo rursum petiti cerviciam igitur hospitium distans hinc quatuor aut quinque miliaribus auriga sistit & currum petitque ab ægroti qualem cerviciam cuperet, optimam respondit. Cum igitur propinaretur illi animadvertisse astantes illum suam mordere linguam, quare os vi aperiunt, et continuo non longiore agone quam tribus singultibus animam efflavit, non alio siguro dato quam emanantibus præ dolore ex oculis lachrymis et colore in pallorem mutato. Comites postulato speculo et ori admoto vident non superesse habitum. Quare tristes et attoniti viam prosequuntur.

Sacerdos factus ex mandato P. Visitatoris Brugas concessit pro adiutorio dictæ domus ; nondum biennicum ibi exegerat quando in gravem morbum incidit hydropisim, nam erat corpus obœsus et valetudinarius, quare instanter petiti reverti domum, quod experientia multorum aër Brugensis exteris sæpe noxius sit.

24 martii in profesto Annuntiationis B. M. mirabilem excepimus hospitem, imo hospitum hospite vacuum, corpus examine D. Norberti Van den Bossche prof. d<sup>s</sup> Lovanii, qui revertens ad domum professionis suæ in via morte correptus fuit. Rem altius repetam. Hic Bruxellensis natione pro maiori parte vitam duxit sæcularem, atque in Italia se Neapoli et Mediolani mercaturam exercuit non satis prospera fortuna, cum interim non parceret sumptibus et sequelam famulorum post se traheret, tandem in patriam reversus sine lucro, remque augustam apud Parentes reperisset, nomen militiæ dedit. Interim piis monitis (ut credimus) fratris sui religiosi in Parco prope Lovanium O. Præm. ac eius sedula promotione habitum suscepit apud nostros in eadem urbe et in professione nomen S. Norberti fundatoris O. Pr. propter promotionem fratris ut diximus eiusdem ordinis religiosi. Trigesimum annum facile excedebat neque ideo literatus erat et plurimum in ære patrui sui, qui volens nolens debitum ei remisit in favorem piæ causæ.

Igitur frater ipsius (qui tunc Audenardi monialibus Ordinis S. Augustini præfectus erat) obtenta licentia a P. Visitatore curavit cum ad se adduci, atque per octiduum cum benigne habuit qua erat erga propinquos charitate, nam et Patrem senem et fortunum destitutum ibidem alebat, quod etiam soror ipsius esset monialis eiusdem monasterii in cuius nihilominus instaurationem et promotionem sollerter incumbebat. Cum non liceret fratrem apud se diutius retinere nec spes affulgeret melioris sanitatis, iussit cum lectum decumbentem currui istius monasterii imponi...

f° 29v

... post litem decem mensium nuntius apostolicus auditibus declaravit invalidam fuisse professionem Maleani olim recepti in domo Papiæ ad quam accessisse aiebat necessitate compulsa et a Patria extorris ob metum et durum regimen victrici sui, atque ita ad secularem conversationem rediit (verius dicam in ea remansit). Fungitur officio sacellani unius cohortis, postquam 20 totos annos in ordine exegisset, et officio Procuratoris in domo Mediolanensi honorans.

f° 31

f° 33

1621

In ieuniis quatuor temporum Pentecostes D. Nicolaus Dierhout missus est Lovanium pro suscipiendo ordine diaconatus, et quia R. D. Jacobus Boon nondum acceperat Roma pallium aut possessionem, sede vacante ad petitionem Vicarii Generalis Mechliniensis ordines conferebat R<sup>mus</sup> fr. Florentius Comvius Archiepiscopus Tuamensis Recollecta Hibernus.

1621

Feria 4 Pentecostes recessit huic Adrianus Knibbe, Pater D. Vincentii, postquam unum annum cum dimidio in hac domo mansisset, quem filius debito honore prosecutus at cum amore debito complectando, invando subveniendo omni ope qua poterat, nam cum senex esset nec clare videre posset, et ex quo in apoplexiam inciderat, sensus et memoria in ipso debilitata fuerat, propterea non potuerat rebus domesticis providere, imo velut puerum filius debebat cum in Ecclesia deducere, et reducere ac in cella custodire imitatus exemplum ciceriarum, quæ cum Parentes sennerunt eos plumis suis fovent exasque afferunt et pia vicissitudine invenes reddunt quod a Parentibus parvuli acceperunt. Cum senes pleni sint querelis et nullis gaudiis, antequam fuisset susceptus in domo, filius monebat Patrem ut non esset tam molestus domesticis ; ipse tamen molestias eius patientissime tulit et quia præceptum de honorandis parentibus opere adimplevit, quod est primum in repromissione, eam brevi assecutus est prout ipsem ingenue fassus est se numquam meliorem chartam habuisse qua instituebatur Procurator domus monachorum Brugis. Sed ut verum fatear remuneratio hæc temporalis est... Hanc eius promotionem futuram subodorati amici imo a superioribus serio admoniti ut alibi providerent Patri eius, collocarunt cum in Xenodochio Ninivensi.

f° 33v

præficiimus in priorem dictæ domus D. Brunonem D'Outelair professum domus monachorum Gosnay, propterea a Prioratu dictæ domus absoluut.

f° 33v

In principio Julii III<sup>mus</sup> Nuntius apostolicus secessit in domum Silvæ S. Martini apud D. Richardum Priorem, qui fuerat ei a confessionibus ibique per 4 aut quinque dies mansit. Epistola III<sup>mi</sup> Nuntii ad V.P.D. Richardum Priorem Sylvæ.

Die Lunæ Deo dante veniam ad P.V. sed pacto inter nos inito, quia alias certe non venirem, et si venissem molestia potius quam recreatio esset. Ero apud ipsum usque ad diem Veneris in qua mane hora quarta redibo Bruxellas propter occasionem tibi bene notam. Interim Deus cum conservet in columem. Bruxellis 4 julii 1631.

1621

S. Anna : præficiimus in vicarium dictæ domus D. Gisbertum Bauhusium professum domus Lovanii propterea a prioratu domus Bruxellensis absolutum.

1621

Priori domus Bruxellæ (D. Gisberto Bahusio) alibi necessario fit misericordia...

1621

D. Simon Bode professus domus Lovanii ibidem sacrista vadat ad domum Gandavi (in qua etiam nunc (1632) perseverat vicarii officio auctus).

1621

D. Philippus Buisset prof. domus Lovanii ibidem procurator exerceat officium Vicarii.

1621

D. Thomas Jensema professus domus Lyræ revertatur ad domum suæ professionis.

1621

S. Sophia : D. Arnoldus [de Keghel] professus domus Leodii ibidem procurator vadat ad domum Bruxellæ, ibique exerceat officium procuratoris.

1621

Brussel : D. Vincentius [Knibbe] ibidem professus vadat ad domum monachorum Brugis ibique exerceat officium procuratoris.

1621

D. Dominicus Meliot professus domus Gandavi vadat ad domum Silvæ S. Martini.

1621

Sylvæ S. Marini : Nicolaus donatus eiusdem domus vadat ad domum Diestensem.

1621

Shene : D. Bertinus Oliverus ibidem professus vadat ad domum monachorum Brugis.

1621

D. Paulus professus et vicarius eiusdem domus exerceat officium procuratoris...

1621

et D. Gerardus Eligii (qui vices subierat vicarii aliquod annis) revertatur ad domum suæ professionis.

1621

D. Joannes Richardus professus eiusdem domus exerceat officium vicarii.

1621

Vicario domus monialium Brugis (D. Cornelio a Schoonhovia) propter senium et suas infirmitates fit misericordia...

1621

D. Franciscum Schot professum et sacristam domus Lovanii super annum a Conventualibus domus Capellæ in Priorem electum confirmamus.

f° 34

1621

19 Junii sabbato post octavas Corporis Christi V<sup>lis</sup> Pater Visitator adduxit nobis novum Priorem D. Brunonem d'Outelair, natum in Campinia prope Buscoducem, professum d<sup>s</sup> monachorum Gosnay, propterea a Prioratu dictæ domus absolutum et ipsemet installavit eum, monnitque nos verbis gravibus ut non solum ratum sed et gratum haberemus quidquid R<sup>dus</sup> Pater ceterique diffinitores Cap<sup>li</sup> Generalis de hac domo stituissent, præsertum cum nostri tantum rationem haberent ut alias domos suis officialibus privarent ut de iis nobis providerent.

1621

Et ut verum fatear non erat locus quærelæ vel suspicionis cum darent nobis Priorem flandrabrantum, conversatione religiosum sobrium, exemplarem, in temporalibus expertum, Principibus non ignotum aut omnino civibus huius civitatis propter fratrem Advocatum quem habebat in Cancellaria Brabantiae, non sicut timebamus extraneum aut professum Cartusiæ aut alias suspectum de ambitione. Hunc maxime nobis providit D. Joannes de Meldeman Coadjutor Cartusiæ, qui fuerat præterito anno hic Bruxellis, quem iamdudum notum habuerat in sæculo dum inserviret legato Hispaniae D. Balthazaro de Zuniga, qui in uxorem duxerat filiam comitis de Croys quam suscepserat D. d'Outelair e fonte baptimatis et erat supremus œconomus dicti comitis. Iam actate matus venerat ad ordinem, 45 circiter annorum. Prima quadragesima suscepit omnes ordines post professionem et non egit tres menses in cella quin statim ad officium Procuratoris promotus fuerit: cum adhuc in sæculo apud omnes optime audiebat et erat vir gravis et matus.

f° 34-34v

1621

Prior autem absolutus 2 Julii huic recessit Brugas, ad auspicandum officium vicarii monialium pro quibus obtinuit a Ser<sup>mus</sup> Principibus ducentos florenos ut eas suo adventu læticaret, et hic fungens officio prioris semper divinis officiis tam diurno quam nocturno ad finem usque intererat dum præsens adesset etiam officio defunctorum et conventionali missæ privatis diebus cum tamen prædecessores eius ad lectionem epistolæ plerumque recederent, et fere semper ad capitulum veniebat pro confessionibus excipiendis, semper paratus erat ad excipiendos seculares dominos qui ad hanc domum divertebant, neque umquam visus est inderiu gestare parvam cucullam.

a. 1621: Per hanc cartam electissimos (absit invidia) officiales nacti sumus et D. Joannes Richardus vicarius institutus, doctrina, ingenio ac indicio præcellit, ac in domo Brugensi vicarii ac Procuratoris officio functus fuerat, a quo quidem per Priorem absolutus fuerat et domum remissus in initio præteritæ hyemis sed satis perperam aut saltem turbulenter, qui videns hominem idoneum et sibi suspectum, quærebat occasionem ipsum absolvendi, et a se dimittendi. In hac humiliatione D. Richardus prudenter se habuit numquam de priore conquestus fuit aut eius defectus retulit in colloquiis, et prout est generoso animo adversitates solet hyemes appellare quæ solent transire et prosperiora redire. Deus enim prout Sara filia Raguelis ait: post tempestatem tranquillum facit, et post lachrymationem et fletum exultationem infundit. Neque hæc eius adversitas plusquam ipsamet hyemis duravit nam P. Visitator D. Dionysius a cuius gratia non exciderat et sine cuius xitu et consensu fuerat absolutus, cum præsens esset in capitulo hunc saltem promovit reiectis aliis quos D. Coadjutor Meldeman proponebat et eius persona nonnihil timebatur quod inveniles animos et subitaneos motus (quos tamen rationis freno novit compescere) haberet, verum teste P. Emmechovio convisitatore hæc, quam Deus præmisit, humilitia ad magnam sui notitiam illum adduxit. Et quemadmodum D. Dionysius Cart. in Gen. 34 dicit Quem sublimare ad maxima dispositus divina Sapientia, hunc primo exercitare consuevit adversis, ut in illis et per illa acquirat gratiam et virtutes per quas meretur conservari a Deo in altis et prosperis ne eadat et pereat illis.

1621

Pater Joannes Broerius vicarius absolutus expectavit adventum novi Prioris ad occupandam sedem senioris. Et quidem senectus ingravescens impediens quo minus posset nobiscum exire ad minutiones, tamen in divino officio assiduus erat, cuius longum habebat usum prout etiam cæreniarum ordinis et consuetudinum domus, ad audiendas confessiones sedulus, et multum pacificus, qui nullum molestia afficeret aut gravaret; persona quidem exterior despicibilis erat, stature parvus et obœsus et caput quasi humeris adhærebatur, sed Deus fecit nos et non ipsi nos: sermone rarus maxime coram sæcularibus sed tamen latinitate congruus plusque illi inerat quam suspicabantur extranei; qui eius absolutionem provurarunt, consolabatur se ipsum dicens quod sicut unius corruptio est alterius generatio: ita unius exaltatio sit alterius depressio.

1621

D. Arnoldus de Kegel ex procuratore S. Sophiæ institutus est hic Procurator ex commendatione prædicti D. Joannis de Meldeman coadjutoris Cartusiæ et Patris Emmechovii prioris sui, qui iamdudum dixerat huic domui maxime convenire qui hispanicam linguam nosset, et dexter in agendis ac novisset quomodo esset agendum cum sæcularibus. Hic etiam servierat Legato Hispanico prout P. Prior et P. Vicarius aliis dominis in sæculo familiulati fuerunt. Pareus meus b. m. dicere solebat: ille non novit bene præcessere qui non didicit subesse... distulit usque ad Novembrem Bruxellas venire quod non inveniret comitatum securum, aut non haberet salvum conductum.

f° 35

1621

... notatvit præterea P. Prior quosdam defectus vel potius differentias in modo cantandi a consuetudine suæ domus... Deplorabat præterea P. Prior dissimilitudinem consuetudinum in domibus ordinum, fatebatur tamen quasdam hic observasse meliores quam unde venerat ; sed varia sunt clymata et mores nationum et provinciarum quod in una necessarium est, in altera superfluum erit ut habent statuta, quæ insuper diserte præscribunt ut consuetudinem domorum ipsis non contrarias Piores non mutent sed serventur...

f° 35v

1621

2 Julii obiit V<sup>lis</sup> Pater D. Theodoricus Stumpwickius professus et Prior domus Diestensis vir probus et devotus qui multa præstítit domui suæ, reparavit Ecclesiam, recuperavit redditus et quod est præcipuum disciplinæ regularis amator et observator prout testatus est quando in lucem edidit Schema quoddam quod colligit dum otiosus œconomus degeret in Cartusia monialium Brugis et continet mundi et veræ religionis oppositam descriptionem, in qua etiam domo descripsit duos libros hymnorum quos dono dedit huic domui et plura ibidem in usum monialium transtulit et scripsit.

[i. m. 12 annis habitavit in Cartusia monialium sed contemptus, nec officio Procuratoris usquam adhibitus quod sentiens ille continuit se, et convertit ad transferendum Statuta in flandricam linguam et hymnaria scribenda et alia quibus nunc utuntur, hodieque. Ceterum scio personam quæ vidisse se putat animam ipsius in forma spheræ seu stellæ suboscuræ per spatum illud quo persolvebatur Exultabunt pro ipso in domo associata idque circa sedem Prioris quo persoluto visa est purgatior evasisse, et ab oculis cernentis evannisse. Quod certum exploratumque habes sed personam quæ vidit non omnino]

f° 36v

1621

Horum principum (Alb. & Isab.) liberalitate en munificentia tres cellæ cum parte ambitus, fenestris et testitudine hic ædificatæ fuerunt...

1621

... ob quorum memoriam et gratitudinem carmina primo a Domno Knibbe exposita, deinde a P. Bauhusio S. J. correcta fuerunt ut sculpta ponerentur in ambitu nostro, quod cum non factum sit, hæc eadem pro recordatione pono.

In virtute pares

Hæc Belgi monumenta Ducum ; præclaraque magni

Alberti hæc pietas atque Isabella tua est

In virtute pares Triadi Monadique sacratae

Tres Carthusiacas ædificare casas

Non pietate suam Albertus superavit Amatam

Religione suum non Isabella virum

Vos agite o Brunonigenæ per vota preces que

In virtute pares vivere posse pares

f° 37

a.1621

V<sup>lis</sup> Prior... item curavit iuxta ordinationem præteritæ visitationis religari libros Ecclesiæ maiores ex quibus cantamus Responsoria, item psalteria, Hymnos et nova officia olim impressa a D. Jac. Cooman, quæ hactenus hic inde disterso iacuerant...

a.1621

Ultima Julii hinc dicensit D. Hubertus Fauconpré prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> S. Sophiæ et ivit ad domum Capellæ sm. commissionem quam R<sup>dus</sup> Pater miserat P. Priori n<sup>ro</sup> ut valeret eum dimittere ad aliquam aliam domum Provinciæ, quod Doctores suaderent mutationem aëris illi fore proficuam. Hic bonus Religiosus ante triennium circiter Gandavo ad nos venerat pro secunda vice ægrotus, qui ideo non multos post menses dimisit chorum quod thuosi æthica et vehementi laboraret, quod certe dolendum erat nam erat optimus cantor et præclari ingenii at in humanioribus eat cruditus, dum hic moraretur edidit schema pro acquirendis virtutibus et vitiis extirpantibus et composuit orationes seu potius lamentationes ad S. Piatum patronum pagi sui Seclin pro remedio febrium quæ pariter impressæ fuerunt Bruxellis apud Pieperman, conferit quoque aliquot flores et serico et alterum religiosum docuit.

... Prior domus suæ professionis D. Emmichoven solvit expensas suas saltem pro uno atque altero anno.

a.162...

Dum hic moraretur edidit schema pro acquirendis virtutibus et vitiis extipandis et composuit orationes seu potius lamentationes ad S. Piatum Patronum pagi sui Seclin pro remedio febrium quæ pariter impressæ fuerunt Bruxellis apud Peberman.

a.1621

Item curavit iuxta ordinationem præteritæ visitationis religari libros Ecclesiæ maiores ex quibus cantamus Responsoria item psalteria. Hymnos et nova officia olim impressa a D. Joanne Cooman, quæ hactenus hinc inde dispersa iacuerant et quæ D. Smisman recenter scripserat officium transfigurationis et supplementum Antiphonarum, specimen prebens liberalitatis qua tenacem et sordidam avaritiam esset allegaturus.

1621

Ultima Julii hinc dixessit D. Hubertus Fauconpré professus domus S. Sophiæ et ivit ad domum Capellæ secundum commissionem quam R<sup>dus</sup> Pater miserat P. Priori nostro ut valeret cum dimittere ad aliquam aliam domum Provinciæ, quod doctores suaderent mutationem aëris illi fore proficuam. Hic bonus Religiosus ante triennium circiter Gandavo ad nos venerat pro secundo vice ægrotus ; qui ideo non multos post menses dimisit chorum quod thussi æthica et vehementi laboraret, quod certe dolendum erat, nam erat optimus cantor et præclari ingenii ac in humanioribus sat eruditus... Prior domus suæ professionis D. Emmechoven solvit expensas suas saltem pro uno atque altero anno.

f° 37v

Honesta mulier D. Eucheria Peckia singularis benefactrix Cartusiæ Gandavensis et aliarum domorum Provinciae Theutoniæ habens in dicta Provincia missam de B. M. Tricenarium singulare et Anniversarium scribendum sub die obitus sui qui fuit 24 aprilis.

1621

Antequam ad exteriora progrediar dicendum Diestenses nostros elegisse in Priorem D. Laurentium Tseriants professum domus Lovanii procuratorem vero domus Gandensis cui postremæ domui immediate multa provenerant bona ex testamento matris eius : supellex argentea et alia extimata duobus millibus florenorum ne quidquam freudente Priore domus Lovaniensis cui deberi potius dicebat ratione professionis insuper habuit et redditum vitalem.

f° 38

1621

Nepos D. Christophori

Carolus Ghindertalen lusit organis.

f° 40

a.1621

Animadverto ab hoc anno 1596, qui fuit primus adventus et regiminis Alberti archiducis usque ad annum 1621, qui obiit, domum hanc frequentissime mutasse Piores, et isto parvo intervallo annorum plures quam retro lapsu tempore a condito monasterio habuisse et iam resumpsisse stabilitatem pristinam prædicto Principe defuncto (qui tamen causam non dedit aut se immiscuit), modernus enim Prior D. Bruno nobis anno 1621 datus perseverat integra auctoritate in officio Prioratus iam annos decem diutius quam aliquis prædictorum sub Alberto Pio.

Unde miror quod fatale huic domui acciderit, diceret aliquis propter peccata populi plures Principes eius, une aliqui ausi sunt nostram id est Religiosorum culpare inquietudinem, scio pariter nonnullos quorundam præcipuorum calumniatos fuisse ambitionem, verum prudentiores et magis timorati agnoscent et prædicant peculiarem Ordinis sollicitudinem erga hunc domum in regia urbe sitam et peculiari domini præsentia decoratam, semper enim a Capitulo Generali (cui Spiritus sanctus semper assistere pie creditur) Piores accepimus et fere optimos, alias domos suis propriis Praelatis viduante, ut hinc provideret, et statum fuisse aliqui asserere voluerunt nos alia via Piores non habituros, diverso prorsus modo et privilegio quam Parisienses qui nisi ex gremio suo Piores vel etiam personas suscipiunt.

a.1621

Circa finem mensis Octobris novus Prior domus in Zeelem prope Diest D. Laurentius Serjant Zelandus natione, volebat proficisci in Hollandiam ea confidentia quod domus ipsius sita sit in patris Leodiensi, et sub salvagardia pagi istius, verum non longe progressus incidit in milites Hollandos quibus quamvis allegaret neutralitatem non admittebant dicentes illos esse sacrificulos et monachos (pappen) propter quos gererent maxime bellum, adduxerunt ambos Priorem et donatum, cuius digitos strinxerant reta balistæ ut sanguinem et numos elicerent ad abbatiam Tongerloo (ni fallor) et effecerunt pro eorum liberatione acceperunt centum florenos postea abbati restituendos a Priore qui Sylvum ducis usque perrexit.

1621

In festo S. Patris nostri Brunonis (cuius etiam nomen refert novus Prior) admissi aliquot cantores aulæ seniores post offertorium et sub canone et communione cantarunt musice : sicque religiosi cum secularibus convenerunt ad benedicendum nomen S<sup>ti</sup> Confessoris, ad Refectorium invitati sancte id est sobrie tractati fuerunt.

1621

In laboribus post festum S. Michaelis ex mandato eiusdem P. Prioris incœpimus distinguere gradualia rubis virgulis, quod opus intermissum fuit usque ad Adventum ; quo tempore P. Vicarius D. Richardus aliquot Religiosos adsumpsit, qui opus nichoatum perficerent sæviente quamvis gelu, sed dolendum exemplar nobis Valencennis missum non fuisse correctius notatum nec respondebat in notis cum nostris, huic errores multi commissi sunt ut ipsem D. Prior fatetur. Dolebam certe libros tanto Patrum labore descriptos et tam nitide et accurate sic quasi corrumpi et alterari nec tamen negandum distinctiones istas invare ad concordiam vocum, ut unus alterum non nimis præcedat

f° 40v

8 Novembris tandem advenit Procurator nobis per chartam designatus D. Arnoldus de Kegel, Bruxellensis natione ; professus domus Leodiensis. Hispanicæ linguæ bene peritus, quippe qui ante ingressum ordinis servierat Legato Regis Hispaniarum. Vir secularium rerum peritus nec minus Religiosus, modestus et exemplaris. Pro litteris salvi conductus debuit dare 20 fl.

f° 41

12 eiusdem novembris huic discessit D. Gerardus Eligii professus huius domus qui recenter  
Brugis hoc redierat, ut esset Vicarius et socius prioris S. Sophiæ Buscoduci...

f° 42v

1621

Hoc tempore dedit Ecclesiæ nostræ Dns Quesnoy vicinus noster sesquipedalem statuam S. Annæ ad similitudinem æneæ quam domi reservet, de qua mihi narravit cum pessimo ulcere percussus esset in genu et fere desperatus ab omnibus, evocavit quondam Germanum qui Aulæ inserviebat, et promisit illi balneum facere ipso precedente odoratus et herbas quas sequenti die attulit pro balneo faciendo. Videbatur illi odorem procedere ex statuta S. Annæ, quare uxorem et domesticos sollicite compellavit ut viderent num quidquam ibidem esset et bono omine quia curatus fuit, postquam diu iacuisset.

in margine : nunc habemus eandem statuam æneam pretio comparatam in altari S. Annæ.

f° 43

1621

Usque ad tempora D. Brunonis d'Outelair Prioris moderni, officiales, Priors sc. et procuratores numquam ex integro absenterunt se ab agendis, quæ persolvitur in choro tam post Vespertas quam post Matutinas, et prædecessores ipsius priores nostri sæpe perseverarunt nobiscum in nocturna synaxi usque ad finem Laudum. Hic cum ex alia Provincia ascitus alium morem observavit ut ferialibus diebus post Matutinas exiret prout dicitur fieri in Cartusia et alibi...

1621

Ante annum 1614 vix unquam « audivimus, nec quisquam in hac domo hanc gratiam petuit ante D. Ægidium van Blitterswyck procuratorem tunc temporis existentem, qua tamen gratia verecunde usus est quando absens erat aut aliis negotiis impediens nec tamen ex toto chorū dimisit ad lectionem Agendæ.

1621

Modernus prior D. Agathangelus Le Clerc professus Cartusiæ interest officio defunctorum etiam post Vespertas 1640.

1621

D. Arnoldus de Keghel procurator ipsius, idem præstitit, nec se reprehensibilem in frequentanda nocturna synaxi præbuit.

f° ?

1622

Et D. Arnoldum professum domus Lyræ a Patribus Commissariis super annum in Vicarium (Lovanii) institutum confirmamus (quamvis voluissent conventuales obsistere, quod secundum statuta ordinis professi in officio assumendi, sed aliis domibus volunt dare et non accipere : et supereminet autoritas Capituli Generalis.

f° 45,

1622: In principio Martii P. Prior voluit ut in colloquio post lectionem Evangelicam vel Statutorem legerentur per sacristam nomina eorum qui scribuntur in maiori Calendario domus habere Anniversaria. Quando veni ad ordinem circa annum 1606 nomina confratrum et benefactorum dumtaxat legebantur ex parvo Calendario ad hoc deputato in quo et pitantiæ signanter describebantur, quæ consuetudo vignit et in aliis domibus Prorvinciæ: sed ab anno 1609 ordinatio P. Serval servata fuit qui iniunxerat ut lector Martyrologii numeraret ex maiori Calend. quot occurrerent illa septimana Anniversaria, numerumque referebat ad P. Priorem qui fratribus inter preces intimabat.

f° 48

In Decembri ivit P. Petrus Alvarez monachus noster Lovanium pro suscipiendis tonsura  
clericali, minoribus ordinibus et subdiaconatu.

f° 48v

1622

25 die Cænæ post prandium profectus est ad Cartusiam V<sup>lis</sup> P. Prior cum fr. Ludovico converso. Post mortem P. Leonis nullus Prior eo se contulit præter P. Emmechovium, qui erat visitator et ipse non laicos sed seculares secum ducebat.

1622

Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> Nuntius apostolicus D. Joannes Franciscus Archiepiscopus Petracensis ex comitibus Guidiis à Balneo ex Flaminice nunc S. R. E. Cardinalis cœpit hanc domum solito frequentius adire et missis privatis interesse fere semel in hebdomada, quin etiam Vitam Cardinalis Albergati, Martyrium Anglorum, et Dorlandum lectitare dignatus est.

1622

Circa hoc tempus obiit Gorcomii in Hollandia honesta puella Catharina Dierhout soror confratris nostri D. Nicolai, cui ipsa legavit vestes et quæcumque lucrata fuerat opere manuale. Recepimus circiter 60 fl.

1622

20 Martii Dominica Palmarum omnium suffragio receptus est ad osculum Magister Joannes Pipenpoy S. Theol. Baccalaureus currens ex suburbio Bruxellensi propinquo et absente P. Priore vestitus et incellatus fuit 23 Aprilis a P. Vicario et Conventu.

f° 49

a.1622: D. Hubertus Fauconpré ex domo Capellæ remissus est ad domum suæ professionis Buscoducum qui thuosi ethica laborabat, et veniens Liram fatigatus et exagitatus curru et labore itineris videbatur animam agere et talem accepimus scedulam a D. Torreo, quod fuisset hic iterato hospes.

D. Hubertus professus domus S. Sophiæ in Carthusia Lirana extremo S. unctionis delibutus Sacramento a RR. PP. Cartusiæ Bruxellenses et bonis fratribus laicis omnium præteritarum offenditionum veniam precatur; omnibus vicissim debtoribus suis indulgens, si cui eorum conscientia scrupulum fecerit, nam multa debens neminem debitorem agnoscit. Simul et iter in cœlum difficile atque arduum ingressus orationum ab omnibus corum eatum precario efflagitat.

1622

D. Hubertus Faucompré ex domo Capellæ remissus est ad domum suæ professionis Buxodunum qui thussi ethica laborabat, et veniens Liram fatigatus et exagitatus curru et labore itineris videbatur animam agere, et talem accepimus scedulam a D. Torreo quod fuisset hic iterato hospes.

D. Hubertus professus domus Sophiæ in cartusia Lirana extremo S. unctionis delibutus sacramento a VV. PP. Cartusiæ Bruxellensis et bonis fratribus laicis omnium præteritarum offenditionum veniam precatur; omnibus vicissem debtoribus suis indulgens, si cui eorum conscientia scrupulum fecerit: nam multa debens neminem debitorem agnoscit simul et iter in cælum difficile atque arduum ingressus orationum ab omnibus commeatum precario efflagitat.

1622

D. Matthæus Hervain professus domus Monachorum Gosnay alias Prior eiusdem et d. Audomari obiisse pariter scribitur in carta, quem D. D'Outelair Prior noster plurimum laudavit, quod primum fervorem usque in finem vitæ servaverit, suis precibus pluribus secularibus opitulatus sit Eratque zelosus forte nimis, nam infirmitatem humanæ naturæ et ipse expertus dicitur. Precinctoria famulorum, quamvis reniterentur, accipiebat et lavabat et alia humilitatis et fervoris exercitia obibat. Facie quoque prodebat se spiritu fervere.

1622

D. Hector Hoen professus et Prior domus Trevirensis, Visitator Provinciæ Rheni, alias Prior Rutilæ qui ultra 53 annos laudabiliter vixit in ordine. Diem clausit extreum 20 februarii. Hic oriundus erat ex opido S. Vite ducatus Luxemburgensis et apud omnes semper bene audivit, eratque in negotiis ordinis practicus et exercitatus habuitque curam Provinciæ Saxoniæ et ad domos restantes ibidem personas submittebat. Clarissimo Domino Theodorico Piespodio Serenissimis Principibus Belgarum a secretis qui stemma familiae austriacæ ediderat atque ei exemplar miserat, parvulo tractatu (quem penes me habes) ei respondit atque opus laudavit.

f° 49v

... quo tempore fere non nisi flandros recepit ad ordinem.

1622

D. Joannes d'Antinus vicarius domus Sylvæ S. Martini eat ad domum Bruxellæ futurus secundo hic hospes quod P. Priorem latebat. Bonus tamen est religiosus.

1622

D. Laurentius s'Heerjans professus domus Lovanii et procuratorem domus Gandavi a conventionalibus super annum in Priorem domus Diestensis electum confirmamus.

1622

D. Michael Jensema professus domus Lovanii die 5 septembris. Anno 1571 et anno 1581 factus est ibidem sacrista, et anno 1590 Procurator. Anno 1595 per capitulum generale institutus fuit in Priorem domus S. Sophiae Buscoduci; deinde a. 1598 factus est Prior Lovaniensis et sequenti anno 1599 translatus fuit ad Prioratum Leodiensem, quem stabiliter tenuit 9 circiter annis quo tempore fere non nisi flandros recepit ad ordinem. Anno autem 1608 iterum ad Prioratum Buscoducensem authoritate Capituli generalis remissus fuit, sed sequenti anno 1609 circa Septembrem absolutus fuit in actu visitationis per V. P. Serval Commissarium ad perlustrandum totam hanc Provinciam designatum, et nihilominus a Prioratu absolutus ibidem remansit usque ad annum 1611 quo Lovanium seu domum professionis repetiit. Anno 1617 jam decrepitus rursum electus fuit in Priorem domus Capellæ, ubi postquam præfuit 3 annis et aliquot mensibus anno 1621 absolutus fuit paulo ante quadragesimam seu circa 16 februarii. Deinde reversus Lovanium ibidem hoc anno 1622 obiit 9 Martii. Habuit per chartam Capituli missam de Domina.

Fuit vir contemplationi valde deditus et vitæ exemplaris.

Vidi rudes alias meditationes de Passione D. N. quas ipse composuerat.

Vixit in ordine ultra 50 annos.

1622

D. Petrus (Lamberti) professus domus Lovanii ibidem (Lire) a Patribus Commissariis in Procuratorem institutum confirmamus.

Is ante sequiannum absolutus fuerat cum priore Capellæ ab officio Procuratoris.

1622

D. Franciscum Schotte professus domus Lovanii a Conventionalibus domus Capellæ in Priorem legitime electum confirmamus.

Pro secunde vice, quia forte erant qui de electione conquerebantur.

f° 50

1622

Et D. Aegidius de Blitterswyck eat ad domum Sylvæ, et ibi exerceat officium vicarii.

1622

D. Dionysius ibidem [Luik] sacrista eat ad domum Lovanii.

1622

... et D. Nicolaus Lot exerceat idem officium sacrisitæ

1622

D. Gerardum professus domus Bruxellæ a PP. Commissariis super annum in vicarium (S. Sophiæ) institutum confirmamus.

f° 50v

1622

D. Judocus Gindertalen erat iturus Lovanium ut fieret sacerdos ubi Archiepiscopus dabat ordines. Fueratque hospes et comederet cum hospitibus, sed tamen non potuit ire quod inimici iter occuparet debuitque domi remanere.

f° 51<sup>v</sup>

1622

Tempore excursionis Hollandorum in Brabantiam et vicina loca oppidi Bruxellensis curaverat Pastor Lachensis deferri Imaginem thaumaturgam ad Begginagium intra urbem, ibi quoque habuit suum refugium virgo inclusa dicti loci.... Et postquam inimici recesserant, et rebus in tuto positis, indicta supplicatione et processione cum omnibus Begginis prædictam imaginem curavit (Infans) referri in sedem pristinam Lachensem quam pene sequebatur, simul inclusam reduxit.

f° 54v-55

1622

Ignoscat mihi lector si et sororis meæ viduæ domini de Fleville fortunam enarrem. Hæc in Franciæ finibus degens videns rusticos delabi, nec parare se ad defensionem, ipsa fugam similiter capessit. Hac quoque excurrunt milites. Ancilla (quæ germanice loquebatur) eis non solum ostium sed et arcas aperit (ne vim inferrent et victualibus contentarentur). Quidam præfectus armarium aperiens invenit imaginem B. V. Percunctatur ab ancilla num Domina eius esset de religione sc. reformata. Qua negante (prout imago fidem faciebat) nescio quo instinctu iussit continuo omnes milites exire et domum servavit indemnem. Non enim omnes erant hæretici sicut nec ipsorum dux Mansfeldius.

Dum Mansfeldius ad finem Lotharingiæ pervenisset... 24 pagos combusserunt in Lotharingia, prout dictum fuit ; certum mihi est arcem cognati mei Germani Charmois, in qua rustici se defendere parabant (prout in superioribus bellis fecerant) combustam fuisse.

f° 58

f° 59

1622

D<sup>ns</sup> Baro de Balançon, Jan van Blitterswyck, Ghindertalen, J.

Quatuor igitur candelabra hix Bruxellis conflata, suis locis posita fuerunt prima octobris, quæ quingentis florenis facile constare dicebantur. Unum dedit D<sup>ns</sup> Baro de Balançon qui nunc Praefectus tormentorum est, secundum procuravit D. Joannes van Blitterswyck sacrista ex bonis Parentum, qui legaverant fenestram pro maiori ambitu, duo alia dederunt Parentes D<sup>ni</sup> Judoci Ghindertalen qui 9 huius nunsio primitias celebravit.

Ultima Septembris in festo S. Hieronymi quando cantabimus Primam, præsente P. Vicario migravit ad Dominum frater Tomas Gilmans Brabantus, qui huic domui ab initio eius instauracionis spatio 32 annos cum fideliter et laudabiliter servivit maxime in officio Portarii et custodis sacelli anterioris, quod exornare ipse summopere studebant, sedulam etiam operam exhibuit erga aliquot antiquos Patres, qui in hac novo domo post diurnas ægritudines tandem mortis necessitatibus concesserunt, nec infirmarii tantum sed et pollinctoris officio devote functus est, et tam hic quam Leodii (ubi ante sumptum habitum ordinis D. Philibertus Cooman priori, professo huius domus serviebat) plusquam 17 personas ordinis lavit ac in suis vestibus insuit ac sepelivit, sequidem artis sartoriae non erat omnino ignarus. Et quamvis pusillo et macelelento esset corpore erat tamen animosus, pluraque aggriebatur, quam facile posset perficere... Tandem morbo thisi correptus non sanitatem, non ulteriorem vitam, sed requiem a tantis laboribus et morbi doloribus optabat et sæpe dicebat malo hodie quam eras, sibique postulabat sacram synaxim porrigi diebus dominicis et festis et satis tempestive sacram unctionem. Itaque omnibus sacramentis munitus christiane et pie vitam finivit.

f° 59v

1622

Nec detractavit a. 1606 vie ad Cartusiam, dum propter pericula bellorum Piores domi remanerent. Nonnihil etiam ægrotavit in via, ac ab itineris comite viatico et bursa spoliatus fuit. R<sup>dus</sup> Pater eius bonum animum et affectum erga ordinem satis animadvertisit ac illi congratulatus est et pro tantis laboribus postea, ei concessit Missam de Dna in hac Provincia.

f° 61

1622

D. Petrus Alvarez ultimus professus non nisi subdiaconus missus est Lovanium hospitatum per ordinationem P. Visitatoris, et ut ipsi porvideretur de vestibus.

1622

9 octobris die dominica cantavit primitias suas D. Judocus Ghindertalen et dedit duos urcellos (deauratos nonnihil) quibus adhuc utimur (aliis fractis ven venditis) et parum ante (ut dixi) Parentes dederunt ducentos florenos pro candelabris (quæ nihilominus eramus habituri). Et quia Pater erat ex Magistratu, eundem ad convivium invitavit et plerique ex eodem sicut ex ordine Canonicorum Regularium Missæ interfuerunt. Consobrini illius Broomans in honorem ipsius carmina curarunt imprimi, sed et ego chronographicum cum ipsi non dedissent illud non incongruum excogitavi.

De petra Melle      Saturavit eos Iustus.

quibus enim corpus Dominicum perrexit, eos quoque divinitate Christi et gratia saturavit quibusque sacrificium applicavit eos nihilominus meritorum Christi participes effecit. (ante conventum lautissime tractavit præcipue in saccaris et billariis quæ ipsi vendunt).

f° 62v

1622

Ad probandum D. Smisman habuisse gratiam sanandi strumosos attexam epistolam V<sup>di</sup> P. Prioris Cartusiæ Gandensis et Visitatoris ad D. Richardum, vicarium nostrum : « Causam scribendi ad vos mihi præbuit vir quidam ex pago Trunciniense nobis proxime, qui per commendationem meam petivit sibi concedi accessum ad D. Nicolaum Smisman conprofessum vestrum qui dicitur esse septimus filius suorum parentum ac proinde habere gratiam curandi morbum quendam aliter pene incurabilem, quo predictus vir longo iam tempore laboravit, et multis interim adhibitus medicamentis nihil profecit, ut michi refertur. Placeat igitur P. V. hanc ei charitatem præstare, ut ad D. Smisman admittatur cuius tactu confidit se a Deo sanitatem consequi posse. Ex Cart. Gand. 17 april 1622. fr. Jacobus Dionysii.

Et seq. anno 1623 14 julii idem : V. P. Vicarie, confidens de bono affectu vestro erga me commendo vobis latorem præsentium quem placebit dirigere ad D. Nicolaum Smisman cum salutatione mea, desiderat enim filio suo obtinere sanitatum quam sperat se per tactum D. Smisman cum Dei gratiam assecuturum.

f° 63

1623

In Januario V<sup>lis</sup> P. Prior una cum P. Emmechoven priore S. Sophiæ se Antverpiam contulerunt, ibique institerunt pro loco habendo ad exstruendum domum ordinis quod Buscoducis non invenerunt locum satis amplum. Et primo quidem Magistratus obtulit nostris Patribus domum novam dictam Tuechsthuys, quæ æstimabatur valere 60 millibus fl., sed cum requireretur consensus opificum, lanifici obstiterunt quod res urgeret in eorum præiudicium, proximum enim locum conductum habebant a civitate ad suspendendos pannos ibique perticas et stipites erectos pro quibus transferendis nostri offerebant quatuor millia florenorum. Sed tamen quia locus erat admodum declivis et insalubris, atque infirmimilites qui ex obsidione Bergensi eo deducti fuerunt ad unum omnes mortui dicantur, ita ut nullus domum intrare auderet, suggestum est nostris ut alibi in civitate locum salubriorem sibi compararent. Nam nostro receptioni cives consentiebant modo inde non gravarentur, et voluntarii tantum tribuerent. Et D<sup>ns</sup> Ram civis (qui habebat filium in ordine) negotium in se suscepit, sed in primo fervore ac favore non perstitit, quin comminatus aliquando fuerit negocium nostris facessere.

1623

Cum enim consiliarii Regis voluissernt dare Hispanis aliquot emeritis in domibus ordinis pensionem annuam (pani d'abbie vocant) institut P. Prior ut domus nostra eximeretur. Nam de facto iam dederant cuidam pensionem super domum Lovaniensem, sed cum Hispanus non esset contentus, quia non libenter vescebatur piscibus, nec nostri quia nostra monasteria non sunt abbatiae, nec tam amplos redditus possident, supplicatum est pro exemptione omnium domorum tam virorum quam mulierum, quod concessum fuit nomine Infantis (later: regis ac pro semper ut habetur in litteris sigillatis sigilla que servate sunt et cum reliquis privilegiis domus in cella P. Procuratoris) eo quod instituto non congruent quod est solitudine et silentio vacare, et ab huiusmodi turba remotus agere. Adderemus piscibus vesci et crebio iciunare.

f° 63v

1623

Prima Februarii obiit D. Cornelius Joannes a Schoonhovia ultimus professus et alias procurator domus Montis S. Gertrudis in Hollandia, qui ultra sexaginta annos laudabiliter vixit in ordine et ultra 40 annos in vicariatu domus monialium Brugis, quas optime gubernavit atque in fide ecclesiæ et obedientia ordinis his turbulentis temporibus conservavit. Præter monachatum et missam de D<sup>na</sup> per totum ordinem, habuit in hac Provincia missam de S. Anna.

f° 64<sup>v</sup>

1623

In festo Annuntiationis B. M. nostri receperunt in Scheut ultra 20 florenos, quos fructuose expendit fr. Aegidius conversus, cui sacelli istius cura demandata erat. Nam hoc anno procuravit depingi in tabula altaris Annuntiationem dominicam quamvis rudi minerva, et in alia tabula pensili miracula quæ ibidem contigerunt. Nec frustra videtur tali modo prædicasse populo, qui confirmatus in fama et fide miraculorum ibidem olim patratorum confidentius opem B. V. imploravit, aut ipsa Deipara gratitudine hac allecta, aut alio arcano et divino consilio quod nos latet renovavit signa, et immutavit mirabilia...

f° 66

1623

Dns Ridweyck curavit sepulchrum uxoris suæ in sacello S. Annæ iacentis testudinari ; seu ibidem caveam fieri, in qua et sibi locum paravit. Simul altare marmorem ibidem erigi, propter quod ostium parvi ambitus ex sinistro in dextum latus translatum est. Eadem opera totum templum dealbatum fuit septimana ante Pentecosten.

1623

Circa hoc tempus P. Prior proposuit quandam invenem Antverpiensem qui Joannes Baptista Janssen vocabatur, conventui ut ad statum conversorum admitteretur. Sed omnes ad unum ei suffragium dare negaverunt, quod conversi pro hinc sufficienti essent numero. Quem alii conversi intrudere cante conati, sed in astutia sua delusi fuerunt. Et mores invenis non satis commendabiles vel ex tunc apparebant. Postea furto nobis subtraxit orbes et lanceas stameas pro quibus amici aliquam restitutionem fecerunt. Sed et ex civitate furto commisso aufugit et dicitur propter idem crimen suspensus in alia regione.

1623

23 Aprilis Dominica Quasi modo Magister Joannes Pipenpoy S. Th. B. Bruxellensis professionem emisit coram D. Brunone Priore : nec Parentes eius conventui fuere ingratiti: quem pro suo facultate gratiose tractarunt.

f° 66v

Ordinatio Capituli generalis, 1623

Ut singulis domibus ordinis laborantibus penuria librorum ad divina officia celebranda pertinentium, sufficienter possit provideri ordinamus Missalia, Breviaria, Gradualia ac Psalteria maiora necnon Statuta ordinis tam parva quam magna de novo imprimi, ac propterea monemus ut si quis in eis aliquid mutandum vel addendum existimat R. D. Cartsiae vel P. Scribae in memoriali intra sex menses transmittat

1623

D. Augustinus (d<sup>s</sup> Capellæ) eat ad domum Leodii (ex qua postea Treveros concessit pro tædio sublevando).

1623

D. Philippus Buisset eat ad domum Lyræ et ibi exerceat officium Vicarii.

1623

D. Dionysius professus domus Leodii eat ad domum Capellæ.

f° 66v

1623

D. Guilielmum professum domus Lovanii in Procuratorem ibidem a Visitatoribus institutos confirmamus.

1623

D. Thomam professum domus Lyræ in Sacristam... confirmamus.

1623

Gent : D. Vincentium professum domus Bruxellæ ibidem a Visitatore super annum in Procuratorem institutum confirmamus.

1623

D. Petrus Lamberti professus domus Lovanii eat ad domum Distensem et ibi exerceat officium vicarii.

f° 67

1623

In festo Visitationis B. V. quinque moniales nostri Ordinis coronatæ fuerunt Brugis et totidem in domus ad quam V. P. Prior noster perrexit cum fr. Andrea converso, qui reversus introduxit hic ludum trucularum (quos in ordine positos pila deiiciunt et Galli vocant le ieu de queille) prout viderat in domo monachorum Gosnay ac in eundem finem P. Priorem, cum illic præasset, tectum ædificasse sub quo Laici et mercenarii se in dicto ludo exercere et recreare possent. Tanto fervore nostri fratres conversi lusibus indulserunt ut nec in festo Assumptionis B. M. ab eis vacarent, nec post Vesteras aut completorium sed tunc non retro cellas, sed ad aream pergere debebant, quod multi ægre ferebant, nam sæculares eis se immiscebant, et videbantur et audiebantur a secularibus pretereuntibus in semita secus fluvium et religiosorum quietem turbabant. Aliud est ruri ludere, aliud in civitate, et magna est differentia inter Conversos et laicos donatos, nam illi in albis vestibus degunt, alunt prolixas barbas ut suam gravitatem suæ vocationis ambulent et sicut decet heremita, et ut D. Le Pippre professus domus Gosnay nobis retulit propter mercenarios sœculares lusum ibi permisum. Dicebat P. Prior propter maius malum evitandum se id permittere. Sed tandem ille lusus omnino intermissus fuit nec puto annum durasse.

1623

De coronatione monialium Brugensium scribit P. Jacobus Dionysius Prior Gandensis et visitator ad P. Vicarium :

Perfecimus, laus Deus, actum benedictionis quinque monialium nostrarum non minus pie quam honorifice, ac omnino feliciter et ædificative                   Gandavo 14 Jul.

f° 68

1623

D. Henricus van Oudenhagen novotius orbatus utroque Parente non ignorans non modicam reliquisse hæreditatem, voluit clam vel invitis fratribus disponere de sua parte, quamvis precise ignoraret qualis quantamve esset, nisi quod aliquis secularis maiorem illi asseruit quam fortassis revera esset. Et P. Prior satis negotii habebat invenilem ardorem moderare. Cum magister omnia arbitris eius nimis scrupulose relinquenda putaret, interim fratres calumniebantur nos cum ad ista compellere, sed falso ; nec toto novociatus eius tempore audivi quemquam ab illo vel tacite quidquam potentem spem nobis dederat ab initio ædificaturum cellam, nec multo plura expectabamus. Loquor communi sensu religiosorum, quorum plerique iam facta professione domni tanta legata fuisse ignorabant, quia valebat secretum esse et fratres latere. Qui nihilominus famam percepérunt et multas querelas et queremonias fecerunt et in aliquem officialem setis acerbe invectivas coniecerunt. Dicebat vero P. Procurator cum a sententia deducite per nos licet, qui tamen non potuerunt nec minis nec fictis lachrimis. Frater senior Pastor in Scharenbeek, cernens obfirmatum eius animum, faciens de necessitate virtutem ales articuli moderamen obtinuit... ideo tertium condidit testamentum nocte precedente diem professionis suæ... Volebat et sororibus monialibus in S. Elisabeth plura legare, sed significarunt ei nolle se habere cum tanto dolore fratrum suorum, quorum rationem ut haberet serio admonebant et certe plus quam minus fecisse cum postea pœnituit, quamvis semper voluerit domui bene provisum cuius ordinem diligebat, sed charitatem æque erga fratres sicut ad sæculares ostendere non indicens fuisset.

f° 71v

Sexta igitur Augusti in festo Transfigurationis Domini quod in Dominicam incidebat D. Henricus van Oudenhagen emisit professionem coram D. Brunone d'Outelair Priore. Qui sicut ipse nomen sanctissimi Patriarchæ nostri Brunonis assumpsit totus transiens corde et affectu cum omnibus bonis in familiam Cartusianam. Aderant et fratres quamvis tristes et alii quidam amici.

f° 72

1623

In minitionibus Septembbris quinque ex nostris missas celebrarunt in Laeken et soror D<sup>ni</sup>  
Judoci Ghindertalen communicavit sub ipsius missa quæ sequenti die magna cum pompa  
habitum Annunciarum sumpsit.

f° 73

f° 77v

... et tunc gallice interpretabatur librum Dionysii de enormitate peccati.

H. F. qui fuit hic aliquando hospes et edidit librum gallice: Veridarium spirituale orationum et meditationum pro devote audienda missa...

1623

Boxtellæ 9 novembbris obiit D. Hubertus Faucompré, professus domus S. Sophiæ, ibidem apud vestales S. Claræ sepultus. Longa tabe et thussi ethica consumptus ; qui fuit aliquando hic hospes.

f° 78

1623

... debuimus præbere eodem fere tempore hospitium fugitivo domus Lovanii qui ex carcere evaserat, et ad Nuntium in hac civitate degentem similiter appellaret. Sed P. Richardus vicarius huius domus tam dilucide respondit suis objectionibus ut diceret nuntius ordini se reconciliaret aut autem hinc abscederet et adhuc hoc anno 1633 vagatur per mundum.

f° 80

1624

D. Franciscus Boissart ibidem professus vadat ad domum Gandavum.

80<sup>v</sup>,

a.1624

In Junio prodiit tandem in lucem Vita et Martyrium D. Justi sive Judoci Gandavi Cartusiæ Delphensis in Hollandia professi et sacristæ Auctore D. Gerardo Eligii huius domus professo, qui tamen nomen suum in titulo libri voluit suppressum, pro quo positum: cui justa persolvit Cartusia Bruxellensis, ita quidem quia precipue expensis ipsius domus et auspiciis P. Prioris (cui liber dedicatus est) atque adeo primus hic ex hac domo novo latinus prodiit quod felix faustumque est: multas autem versiones flandricas edere pergit D. Joannes a Blitterswyck sacrista: At pro hoc latino multas molestias et labores subivi, omnia documenta hinc inde et ex remotis locis conquisivi, approbationes impetravi, sumptus amicis feci, ut aliis ianuam aperirem et animarem. Fuit etiam primus liber latinus quam prelo dedit Typographus Godefridus Govardus Civis Bruxellensis: hinc pro corrigendo exemplari non minime distractus fui, et ad interiorem profectum meum parum condiscit nec in aliis expectatum fructum animadverti: ideo qui non est multum idoneus a prelo abstineat.

a.1624

In Junio prodiit tandem in lucem Vita et Martyrium D. Justi sive Judoci Goudani Car<sup>æ</sup> Delphensis in Hollandia professi et sacristæ auctore D. Gerardo Eligii huius domus professo, qui tamen nomen suum in titulo libri voluit suppressum, pro quo positum: cui iusta persolvit Cartusia Bruxellensis ita quidem quia præcipue expensis ipsius domus et auspiciis P. Prioris (cui liber dedicatus est) atque adeo primus hic ex hac domo novo latinus prodiit. Quod felix fastrumque sit: multas autem versiones flandricas edere pergit D. Joannes a Blitterswyck sacrista: at pro hoc latino multas molestias et labores subivi, omnia documenta hinc inde et ex remotis locis conquisivi, approbationes impetravi, sumptus amicis feci, ut aliis iannam aperirem et animarem. Fuit etiam primus liber latinus quem prelo dedit Typographus Godifridus Govardus Civis Bruxellensis, hinc pro corrigendo exemplari non minime distractus fui, et ad interiorem profectum meum parum condiscit nec in aliis expectatum fructum animadverti. Ideo qui non est multum idoneus a prelo abstinat.

1624

Pridie Calendas May inchoata est cella, quæ nunc notatur littera K ex pecuniis D. Brunonis van Oudenhagen nobis per testamentum legatis.

1624

paucis diebus ante [dominica Lætare] transivit hic D. Petrus Alvarez professus pariter huius domus qui Lovanio ad domum Capellæ hospes mittabatur.

1624

D. Adrianus Buickx ibidem Procurator vadat ad domum S. Sophia ibique exerceat idem officium Procuratoris.

1624

In dominica Lætare cantavit primitias suas D. Nicolaus Dierhout

1624

Gent : D. Josephum professus de S. Sophia ibidem a P. Visitatore super annum in vicarium constitutum confirmamus.

1624

D. Petrus Lamberti professus domus Lovanii ibidem vicarius revertatur ad domum suæ professionis prout instanter petit.

1624

In Nativitate S. Joannis Baptistæ cecinit primitias suas D. Johannes Pipenpoy et Parentes eius dederunt calicem argenteam deauratam 22 unciarum, et post paucos dies, antequam alteram missam in conventu cantasset, V<sup>lis</sup> Prior deduxit cum Gosnayum ut perfectius ibi linguam Gallicam addisceret, quod maiorem de se spem præberet, et ex ea domo reduxit nobis pium et humilem Religiosum D. Franciscum Le Pippre natione Insulensem qui quiete hic et pacifice conversatus est.

Mensi Augusto quatuor e conventu nostro febribus decubuerat ex quibus ego unus eram, et 20 eiusdem, eripitur ex hac vita satis subito D. Nicolaus Smisman triginta circiter annorum, postquam 12 annos laudabiliter exegisset in ordine, de quo in superiori volumine aliqua scripsi.

Fuit invenis ingenio acri et iudicio maturo prædictus, mediocrem habuit doctrinam et facundiam (qui tamen ultra studia humaniora non erat progressus), propterea a P. Priore iussus fuerat laicis prædicandi munus retinere.

Qui etiam aliquot conciones flandrice scriptas reliquit. Insuper aliqua officia S. Trinitatis et Transfigurationis necnon supplementum aliorum fracta et antiqua littera, quam noverat, scripsit. Hortum a principio diligenter et optime, prout a Parente suo edoctus erat, coluit; cellam quoque mundissimam habuit, quam assidue incoluit, et bene se in ea exercuit in predictis exercitiis et tornio. Et si quis ex magnatibus venisset ad hanc domum visitandum, semper fere ad ipsius cellam deducebatur.

Mores habuit non nihil asperiores quod natura vehementior esset sicut eius fratres et sorores ut retulit ipse medicus et oculatior in notandis aliorum defectibus quamvis visu corporali non satis perspicaci esset, sed hunc nævum, si quis fuit, maiori charitate cooperuit, dum in agone petit a Patre Priore sibi ignosci se quem fratrem offendisset, et hæc suprema fuerunt eius verba si P. Priorem bene intellexi.

f° 82v

1624

Fuerat 4 huius mensis [Aug.] receptus ad osculum Nobilis invenis Ultraiectinus Dns Carolus de Geil, sed cum a matre recepisset ducentos et amplius florenos pro vestitione suo, invento socio profectus est in exterias regiones. Parisiis scripsit P. Vicario directori suo se fore memorem suarum admonitionum. Acceperemus autem ex pecunis Bruxellis relicta pro expensis in domo nostra factis. Qui ulterius Romam profectus, cum fimbriis aureis splenderet, a Belgicis adolescentibus invitatus ut pro bono suo adventu propinaret illis vinum. Ex qua hilaritate in ardenter et lethalem febrim incidit « D. Rheusse qui in domo hac cum reliquerat atque consuluit ut Matrem hæredem suorum bonorum conscriberet, nam uniicus filius erat et omnibus sacramentis munitus ibidem obiit 16 novembris. Supremus cui præsto semper fuit conterraneus ipsius D. Rheusse... Supremus illius dolor se non remansisse in hac domo. Inconstantes suo exemplo doceat. Quando illum primum vidi in Ecclesia flectendem nescio quis genius mihi persuasit illum numquam futurum Cartusianum : et V<sup>lis</sup> Prior cum etiam tentaverat mittens ad exercitia apud Patres qui cum libenter habuissent, et missis litteris hortabant ut relicto nostro ordine potius societati eorum addiceret : videtur aliquantulum offensus quod ut urgetur ad partes neutrales se conferre pro condendo testamento antequam vestiretur. Nec consultim satis fuit demittere cum ad tabernam tempore termini cum non haberet hic parentes.

f° 83v

1624

Presentibus predictis PP. Commissariis 30 Aug. Exc. Dux de Croy caput Finantiarum primarium lapidem posuit pro cella notata nunc littera F quæ est prima ambitus versus occidentem, et constructa nomine Regis Hispaniarum Philippi IV, annuente Ser. Infante Isabella, quamvis obstaret Comes Farfuse et diceret Cartusianos satis divites esse ut ex suis facultatibus construerent cellam. Regem suis iam nummis indigere rescripsit Heroina his non obstantibus se velle ut predicta cella construeretur nomine Regis nepotis sui et insignia apponeretur.

f° 84v

In cartusia Silvæ S. Martini sacellum ad portam instauratam fuit hoc anno diligentia V. P. Levini Jaeghere tunc temporis ibidem Prioris illoque instantे 13 Septembris per Ill<sup>mum</sup> D. Archiepiscopum Mechliniensem sub invocatione S. Hugonis Ep. Lincolnensis consecratum. Quem speciali devotione colit prædictus P. Lævinus quod Pater illius apoplexia laborans et elinguis manens D. Hugoni per missæ sacrificium commendatus postea parum ante mortem et integros sensus et linguam habuerat ut confiteri et viatico muniri potuerit.

1624

Postea audivi quandam ex vicino pago Hemelveerdeghem nomine N. Droesbeke apoplexia percussum in dextero latere ad sacellum S. Hugonis prima vice caruca advectum, 2<sup>a</sup> vice qua venit melius habuisse, tertia integræ sanitati restitutum propriis pedibus advenisse et aliquo tempore supervixisse.

1624

Habemus et quondam victore etiam laborante eodem morbo (apoplexia), post sacram in honorem sancti celebratum melius habuisse.

Hæc cum exhibuissemus Mercatori Bruxellensi Meterman qui item apoplexia tactus erat filium eo allegavit, et notabiliter melius habere cœpit ut surgeret e lecto atque sederet paucis post dietus ad portam domus suæ.

f° 86v

Nos etiam in festo S. Brunonis praeter morem cum eadem S. Theophoria supplicationem habuimus, cui intererant multi seculares cum tædis et cum instrumentis musicalibus (nam symphoniam et musicam immixtam cum nostro cantu habuimus etiam in missa) aderant insuper aliqui ex familia Principis Poloniæ. Noster hospes D. Franciscus Le Pippre nihil solemnius viderat in ordine.

f° 87v

1624

Item P. Prior iuvenem quandam Bartholomæum (qum evocaverat e domo Gosnay) et servierat hic duobus annis interim frequentans scholas elementares, collocavit apud Sutorem, suppeditans illi victum ex domo propter amorem Dei et proximi. Sed maior factus abiit vias suos.

1624

1a Octobris D. Antonius Dulcken professus domus Coloniæ, Prior domus Friburgi qui obiit in Commissione sibi demandata a Capitulo Generali et habuit monachatum. Transtulit in cella degens ex Italico idiomate, et hispanicō varia opuscula quamvis linguas illas non caleret sed subsidio dictionario. Venerat ad ordinem a° 1599.

fº 88

Alterius domus professus, qui nesciebat onera fundationum.

a.1624

... scio ex relatione et privilegio dato officiales in Schuet celebrarse ordinarie in sacello. Dicebat P. Prior d'Outelair nos non habere oçbligationem ex aliqua fundatione. Alterius domus professus qui nesciebat onera fundationum.

1624

Confessiones audient D. Joannes Richardus vicarius...

Haec fuit prima denuntiatio confessariorum per chartam visitationis. Et puto eam esse causam, quia ordinatum fuerit ut visitatores confessores examinarent utrum essent idonei nec ne....

P. autem Vicarius se ex statutis habere licentiam audiendi confessiones replicabat.

f° 88v

Cartusiani Valencenenses ineunte mense Novembri celebrem habuerunt professionem unius Religiosi Vedastini D. Lautens natione Gandensi, qui cum consensu et bona pace sui Prælati ad nostrum institutum se transtulit et nomen sui primi patroni S. Benedicti in professione assumpsit aderatque ipse Abbas S. Vedasti, qui propensum animum erga nostrum ordinem declaravit. Carmen doctum illi pauxit quidam ex nostris quod hic reddo.

Venerabili in Christo Patri D. Benedicto Lautens celeberrimi monasterii Vedastini Atrebat. Ordinis S. Benedicti Religioso professo S. J. Baccalaureo, necnon ibidem tertio Priori meritissimo, hodie sacrum Cartusiensem ordinem per solemnia Religionis vota profitenti hoc carmen pangebat F. B. R. Valencenensis Cartusiæ Religiosus.

f° 91v

1625

3 Januarii obiit in domo Lyra D. Ludovicus Torrius professus Cartusiæ Leodiensis, qui in prædicta Cartusia Lirana 14 circiter annos laudabiliter et stabiliter vixit et officium sacristæ ibidem quam plurimos annos exercuit. Fuit autem vir doctus et summus poëta, et plurima pœmata excudi curavit in professione Religiosorum eiusdem domus. Fit eius mentio in Bibliotheca Cartusiana.

f° 94v

In principio Aprilis post festa Paschalia domus anterior (quæ præ antiquitate fatiscebat nec sufficiebat pro hospitibus adventantibus) deiecta fuit cum porta, et fundamenta modica iacta per P. Leonem pro alio edificio eruta, atque aliud ædificium plane egregium, altum et solidum hac æstate constructum est œconomia maxima V. P. Prioris D. Brunonis d'Outelair adiutus liberalitate Comitis de Croix, D. Brunonis Oudenhagen professi huius domus et prædecessores reliquerant illi albos lapides erutos ex fodina vel ex destructa domo in Scheut ; in hoc opere plane se ostendit verum et magnanimum, cuius exemplo excitati Prior Gandensis et Prior Diestensis tales domos hospitum excitarunt in suis monasteriis.

f° 95

Domnus Christophorus [Heetvelde] professum domus Lovanii ibidem super annum a PP. Visitatoribus vicarium institutum confirmamus.

Tabula altaris Capituli in quo depicti sunt primares Patres Ordinis nobis a P. Petro Leone relictæ inclusa fuit suis marginibus ligneis per screnarium hic tunc hospitantem

1625

D. Ægidius professus domus Bruxellensis ibidem vicarius eat ad domum Capellæ.

1625

Herne : præficimus in priorem dictæ domus D. Petrum Daems professus domus Lyræ et vicarium domus S. Hugonis.

1625

Et D. Henricum professum domus Lovanii a P.P. Visitatoribus in Procuratorem institutum confirmamus.

1625

Tabula altaris Capituli in qua depicti sunt primores Patres Ordinis, nobis a P. Petro Leone relictæ, inclusa fuit suis marginibus ligneis per scrinarium hic tunc hospitantem.

1625

Et D. Andreas Lints professus domus Lovanii vadat ad domum Sylvæ S. Martini

1625

D. Cornelius Rouberghen ibidem professus eat ad domum Brugensem prout petit.

1625

præficimus in Priorem dictas domus Domnum Franciscum Schotte professum domus Lovanii propterea a Prioratu domus Capellæ absolutum.

f° 95v

1625

D. Joannem Berblocq professus domus Gandavi sub spe emendationis liberamus a carcere salvis ordinis disciplinis, et aliis suspensionibus ad tempus relictis arbitrio PP. Visitatorum (post paucos annos rediit ad vomitum, atque in Hollandia violentes fato miser sublatus est ; sic impius et reprobus quamvis resurgat quamdoque rursum tamen alia occasione concidit, et tandem post multos labendi et resurgendi vicissitudines damnatur).

1625

Prædictus D. Guilielmus rector ex domo Lyrana adduxit secum D. Henricum Brusseghem comprofessum suum ...

1625

D. Bartholomæus Claerbots ibidem incaceratus cognoscat culpam suam, et discat modestius et reverentius de suis superioribus scribere et loqui.

(Et hic multas lites et molestias fecit ordini, et adhuc transfuga vagatur per orbem, timeat novissima). Nunc mente motus degit in vinculis.

1625

... quibus adiunctus fuit D. Gerardus Eligii professus domus Bruxellensis tunc vicarius domus Sophiæ

1625

Novellæ plantationi Antverpiensi præficimus in Rectorem D. Guilielmus professum et priorem domus Liræ propterea a præfato prioratu absolutum ; quem monemus ut nihil disponat in negociis graviosis momenti sine consilio PP. Visitatorum, quibus committimus ut quamprimum ceros ei religiosos adiungant, quos ad tanti operis nichoationem et salutarem promotionem indicaverint aptiores.

f° 100<sup>V</sup>

a.1625: Per biennum intermisi hoc scribendi opus expectans ab externis aucto-ribus plura adiumenta, sed continuum et pæne universalem bellum vix respirandi nedum commentandiotium præbuit atque inter arma silent artes cum penuriam rerum omnium sed præcipue hoc tempore cartæ et papyri defectum patiamur: ne darem aliquibus occasionem dissolvendi hoc volumen, rectius iudicavi illud quomodocumque pro modulo meo perficere et absolvere: 1636 Et tamen usque ad annum 1640 distuli, quo nunc post Pascha opus resumo perfecturus cum gratia Dei vel numquam.

1625

Per biennum intermisi hoc scribendi opus expectans ab externis auctoribus plura adiumenta sed continuum, et pene universale bellum vix respirandi nedum commentandi otium præbuit atque inter arma silent artes, cum penuria rerum omnium sed præcipue hoc tempore cartæ et papyri defectum patiamur : ne darem aliquibus occasionem dissolvendi hoc volumen, rectius indicavi illud quomodoque pro modulo meo perficere et absolvere (1636). E tamen usque ad annum 1640 distuli, quo nunc post Pascha opus resumo perfecturus cum gratia Dei vel numquam.

f° 104v

1625

Et postea ad archiepiscopum Mechlinensem suas querelas et potius criminationes deferre, super quibus noluit illi aurem præbere. Cum ad eius tribunal non pertineret tunc aliam telam exorsus est et conqueri se defectum internum aut secretum habere quo impediretur professionis suæ vota excoluere et vitam cartusianam ducere : tunc annuit illi Archiepiscopus ut libellum supplicem povrigeret. Dicebat enim se laborare morbe caduco, sed non potuit sufficienti testimonio probare. Ideo indicavit Autistes non bono fundamento niti ... Quare revocatus in monasterium fugam versus Romam initit et notandum, quod cum propter priorem fugam et contumaciam, ut dixi, esset incarceratus et timeretur ne vim sibi inferret aut crudelitatis Ordo argueretur R<sup>dus</sup> Pater concesserat ut remitteretur ad ædes Parentum Wavriam ut ad tempus recrearet suos sensus, tuncque personaliter prosecutus est litem suam ideoque diutius mansit non sine dedecore ordinis et periculo animlæ suæ, qui libenter interesset consortio puellarum cum scandalo intuentium et adhuc in tam celebri viarum transitu ... Et exinde instantia maior facta est pro conclusione litis qua cum cecidisset per litteras revocatus ... ipse maiore de honestamento iter capessivit versus Italianam. Nunc vero Bruxellis egit in publico ergastulo atque a biennium in amentiam incidit.

1625

Quando receptus fuit ab ordinem magnam sui spem faciebat, qui non minus ingeniosus quam doctus apparebat, et propterea ab omnibus fere exoptatus etiam ipse sibi magna promittebat. Progressu temporis turbidi et inquieti ingenii iudicia præbuit, propter quæ æmulus ipsius prælatus fuit ad externa officia. Hinc promotionis quasi spem abiiciens incœpit mores aliorum carpere nec superioribus parcere, et ni fallor, fugam arripere ad ædes fratri.

1625

His diebus V. P. Petrus Daems Prior tunc domus Capellæ ex commisione et licentia R<sup>di</sup> Patris assumpsit in Collegam P. Vicarium huius domus D. Jo. Richardum et 21 Augusti profecti sunt Lovanium, ut res vel potius animum componerent D. Bartholomæi Claerbots ibidem professi et incarcerati sed frustra, dum in sententia contumax persisteret, nec ad meliorem frugem se disposeret.

Cum etiam monialibus hunc industrium œconomum faveret, ut verum dicam non intendebat satis spiritualibus exercitiis huic et turbulentos animi sui motus ex rerum externorum cura sedare nequibat, et viacundiaœ motibus plus æquo frena laxebat, officii sui partes in omnibus adimplere studebat.

Dum intendit operibus lacunas et paludes alio deducta aqua exsiccando malignam auram hausit, nec tamen prius morbum sensit quam cum inter missarum solemnia sedisset in cathedra ad legendum lectionem. Tunc enim stomacho languete evomuit, et postulata aqua ad os lavandum adhuc missam absolvit. Eadem die cum ad extrema vergeret extrema unctione delubatus fuit, atque in hac suprema hora charitatem ad proximum manifestavit dum adhortaretur astantes et sibi ministrantes ut ab halitu suo sibi caverent quod sentiret sub axilla apostema pestis indicium. Tunc præ foribus remansit P. Gisbertus Bauhausius vicarius et a longe sive monita ægroto sive preces ad Deum pro salutari exitu ipsius fundebat.

1625

3 Augusti peste obiit Brugis D. Melchior Charles Procurator Monialium professus Lovanii 1595 quo anno eius Pater, Consiliarius Mechliniensis intravit ordinem Minoritarum et intra probationis annum vivendi finem fecit, et propter senilem ætatum puto a Cartusianis non fuisse receptum. D. Melchior vir probus habebatur magis tamen idoneus pro officio Marthæ quam Mariae ; huic etiam Disthemii et Sylvæ-Ducis officio procuratoris functus est. Et a conventionalibus quidem domus Capellæ in Priorem electus, sed quem D. Jacobus Denys Prior Gandensis visitator noluit confirmare.

a.1625

Baculo igitur innixus et super humerum famuli descendit ad navem et sic venit domum, et primum Procuratorem ex febribus desumbentem visitavit, et mox se in lecto collocavit, accersiti adfuerunt quidem medici sed medicamenta fere respuebat et omnem spem ulterioris vitæ abiciens, Priores Provinciæ ad se evocari iussit, et tres advenerunt : Prior Diestensis, Lovaniensis et Sylvæ S. Martini, et sana mente petit interim sibi administrari omnia sacramenta Ecclesiae. Crebius SS. Christi corpus sumpsit flexis genibus aante oratorium (ni fallor), tandem versa mente cœpit furere sed religiose atque intensa voce et continua invocare nomina Jesus, Mariae et Joseph. Tantum est piis assuescere dum sapis, ut etiam desipiens non possis esse non pius. Rediit post hæc ad se, ut fere moris est et evocavit Procuratorem atque ait sibi interdictam a doctoribus tantam animi contentionem et clamorem. Interea se tertio ad tribunal Christi fuisse raptum, sed cum haberet sensus perturbatos non posse edissere quid viderit de qua infra dicam. Procurator petebat veniam si illum aliquando offendisset, sed dicebat se ab illo numquam fuisse offensum, nec propterea veniam dandam. Paulo post supremum agonem absolvit ac finem vivendi fecit 20 septembbris 1625 anno ætatis suæ 46, postquam administrasset hanc Provinciam annis 12 et præfuisset domui suæ 15. Exequias illi honorificas procurarunt sui. Præter Priores supra dictos aderat etiam Abbas, et Germanus eius fr. Augustinus Denys Augustinianus Gandensis animum habuit ad sermonem edissendum in publica audientia.

a.1625

Duæ donatæ morbum contraxerunt. Cornelia obiit, altera convaluit, quod adhuc in inventute vim istius morbi superasset. Templum per sex septimanas reclusum fuit, et vicarius separatus a monialibus erga quas interim pastoris vices gessit ipsemet Visitator D<sup>no</sup> Jacobus Dionysius Prior Gandensis, qui tunc præsens aderat et excipiebat singulis diebus confessiones Patris Vicarii et coadjutoris qui in privato missas celebrabant. Sed inter hæc munia etiam ipse maligna aura afflatus febres contraxit ardentes si non pestilentiales. Statim in initio morbi grave animi deliquium passus est. Hinc intellexit extream vitæ diam sibi imminere, quare voluit Gandavum reverti ad propriam domum, offensus etiam alicuius incivilitate at

pusillinimitate, qui nisi obstructis naribus a longe illum alloqueretur, cum tamen non timisset se pro illo periculo exponere, moniales nihilominus promittebant omne obsequium et solatium.

f° 106v

a.1625

Dedit [Jac. Denys] ingenii sui specimen in concinnendis versibus, qui præfixi sunt libro de episcopatibus erectis in Belgio a Venerabilis D. P. Haventio tunc Cartusiæ Gandensis Priore edito.

Carmina plura in labyrintho scripsit et nonnulla Chronographica.

1625

... quamvis Prioratus eius pro maiori parte coinciderit cum induciis a bello, nullum notabile ædificium excitavit ; potuoit tame, locum ampliasse et pomaria extendisse, sicut retulit mihi D. Vincentius Knibbe Procurator ipsius qui emerat contiguam domum, et mirabantur Conventuales si tam paucō tempore eam summam confecisset.

1625

Sobrius a quibusdam prædicatur, sobrie quoque et sane suos subditos alebat nec unquam consuetudinem de ovis ministrandis conventui certis diebus in hebdomada semel infringere permisset. Audio et in Refectorio a pitantia sibi apposita abstinuisse sæpius, atque ad reclusam virginem misisse. Postea visus est de ea sobrietate aliquid remisisse propter officii et itinerum labores et propter frequentius consortium, quo delectabatur pariter ac colloquio familiari, puto ad superandam melancholiā, cui videbatur obnoxius. Huius remissionis et libertatis causa calumniam aliquando passus et apud R<sup>dum</sup> Patrem et eius assistentes, sed P. Emmechovius excusabat.

1625

Ad hoc munus [visitator] peragendum nom mediocri doctrina instructus accedebat, qui nec in verbo multum laborabat sive ipistolæ ad quoscumque scribendæ essent sive visitationum cartæ componendæ, in quibus eloquentiæ suæ vela pandebat ut in admirationem sui R<sup>dum</sup> Patrem et religiosos maioris Cartusiæ traheret ; propterea iniunxerunt illi sermonem in Capitulo Generali faciendum, quorum omnium expectationi abunde satisfecit. Thema sumptum erat ex Cantico canticorum : Capite nobis vulpeculas quæ demoliuntur vineas, cumque copiam poscerent ab eo officiales Cartusiæ, memoriæ non litteris se tradidisse respondit.

1625

Vivente prædecessore ab omnibus Prioratui destinabatur, nec eius promotis ad illius mortem dilata est, sed primo vicarius ds Sylvæ S. Martini, mox Rector per Visitatores renunciatus est, a quo tamen officio per D. Serval Commissarium a R<sup>do</sup> Patre missum ad hanc Provinciam visitandam absolutus et ad domum professionis remissus est vicarius et vacaret officio Mariæ cui magis idoneus indicabatur quam Marthæ sollicititudine ...

Hoc tamen verius dixerim, quia in œconomia nullus erat, molestias et curas remis velisque fugiebat, propterea a Rectoratu domus Sylvæ absolutus...

1625

V. P. D. Jacobus Denys circa initium huius sæculi nomen dedit ordini in Cartusia Gandensi. Magistrum habuit D. Henricum d'Horto professum domus Leodiensis tunc Gandavi vicarium, virum probum et devotum. Humanioribus litteris eximie eruditus sicut corporis proceritate sic doctrina facile omnes conprovinciales suos superabat.

f° 107

1625

Sed quod laude dignum est proferamus, erat in supellectili Ecclesiæ nitidus et curiosus, et erga SS. Altaris sacramentum devotus et sicut erat musicis peritus ita libenter Missam Conventualem cantabat etiam Bruxellis existens et interdicendum fuit illi ne tam frequenter iuberet exponi et deportari in supplicatione præcelsum illud sacramentum.

Imagines a R<sup>do</sup> P. Bibautio Cartusiæ Gandensi dono datas argento inclusit. Ornamenta ds Ziriczee, quæ hic [Brussel] servabamus, petiit et accepit pro domo suo.

a.1625

Magnam sollicitudinem gessit monialium ordinis nostri. Sæpius extra actum visitationis supra annum ad illas divertens pro excipiendis confessionibus ut satis faceret decreta Concilii Tridentini et Statutorum. Iura et decora illarum propugnavit ac scripsit pro defensione ceremoniarum quæ servantur in coronatione. Nam episcopus brugensis D. Antonius Triest nolebat illas ornare stola et manipulo, et ut a cantatione epistolæ abstinerent similiter volebat : ad ista respondit P. Dionysius in epistola quæ missa est Romam et ab eo tempore non est quæstio.

f° 108

1625

Eodem mense [Augusti] obiit in Cartusie Leodiensi D. Everhardus Walhin professus et antiquior eiusdem domus et alias Prior, ita plenus sensibus ut iam ad extrema deductus, cum porrigeretur illi cerens benedictus, respexerit quidam daretur in manibus.

Ante ingressum ordinis fuit iunctus matrimonio et Receptor Abbatiae S. Huberti in Ardenna ; hic primus ex illo territorio provocavit Luxemburgum pro litibus dirimendis : hinc consuetudo invaluit ut liberum sit cuivis Leodii vel Luxemburgi litigare : nec plane veterem hominem exuit in ordine. Sæpe quæremonias depositus apud superiores et scripsit, non considerando quod quæremoniæ licet æquæ amittunt, si importunæ sunt, æquitatis partem ; nec ipse in dignitatis gradu diu stare potuit, et hunc illuc dimissus etiam extra Provinciam nam aliquod annos vixit in Cartusia Coloniensi et tamquam senior honore affectus. Postea a Patre Serval domum revocatus. Dum adhuc d. Priori negotium facesserat, missus est pro maiore bono suo (quod et agnovit) ad S. Audomarum : adhuc concessum est ut ad ultimum domum professionis repeteret et salvus et incolumis a gravi disciplina et confusione ad portum perveniret... Dicebat mihi eius synchronus D<sup>ns</sup> d'Ortho quod supra punctum acris litigaret et cum corpus eius iaceret in templo supervenit adhuc nescio quis caussidus (R. D. Vicarius Generalis Principis Leodiensis) ut ageret cum eo.

1625

Quis benignius Ludolphum Priorem Argentinensem excipiet, nisi Lyrensis Cartusiæ Venerabilis Prior. Ille, inquam, Guilielmus Willems, qui ad ætatis annum 20, spreto mundo, domum Lyranam ingressus est. — Ille, inquam, Venerabilis Lyranæ Carthusiæ Prior, qui ad annum ætatis vigesimum ex numero fortium Israël idoneus iam ad bella procedere, damnatis illusionibus ac vanis et insanis sæculi prompis, spreto etiam mellioris vitæ instituto in terra deserta et inaquosa Carthusiæ Lyranæ domino apparere voluit, utique ut videres virtutem eius et gloriam. Quo in solitudinis exercitio annis plerisque decursis in Procuratoris officio paucis conversatus, tale virtutis et œconomiæ specimen dedisti, ut omnium vocibus ac votis Prior renunciatus fueris. In quo dignitatis gradus iam decimum finis annum, secundus Lyranæ familie professus ad id honoris culmen evectus, ex quo Lyræ substitut Cartusia 75 annis, alii enim aliunde vocati præfuerere.

f° 108v

Antwerpen, 1618 (BCNI 6541)

Eius [Guil. Willems] extat in epistola nuncupatoria præfixa Vitæ Christi a Ludolpho Carthusiano concinnatæ quod tale est...

Epistola dedicatoria operis vitæ X<sup>ii</sup> per V. P. N. Ludolphum de Saxonia olim conciur. Antverpiæ a° 1618 recusi 17 Idus Mar. 1618.

a.1625

Quanto vero erga ordinem tuum tenearis zelo osendit tuum illud ante biennium iter Per varios casus, per mille pericula in Galliis personante belli classico, intrepidus petiisti, ut sanctissimis Patrum Ordinis, vestri sanctionibus, tuos in veteri disciplina firmares, eisque solatis esse posses. Benedictus Deus Pater D. N. S. C. qui R. V. reducem et sospitem ex tantis periculis tuis restituit. Tuorum pro R. V. dum in itinere eras non frustratæ preces, utpote qui noverant sibi tali viro opus esse, cuius opera ad bene religioseque vivendum sibi erat prorsus salutaris.

Epistola dedicatoria Ludolph. Vita X<sup>ii</sup>

1625

In tuo enim monasterio regularem et monasticam disciplinam ita diriges, foves, promoves : ac ita stabilivisti ut Lyrensis Cartusia omnibus exemplo ac admirationi sit. Vero non ignorat R. Paternitas vestra, ubi rigor, ubi vigor et tamen in retinenda Religiosa disciplina ita rigidus es, ut bonus et benignus, et vere Pater sis tuorum, aliis sis gratus et affabilis ; domi tui te Religiosi ament, foris omnes te colant et suspiciant.

1618

Quid vero commemorem accuratam rei domesticæ seriem, et ordinem ac providam domus tuæ œconomiam ? Temporalium rerum statum hisce communibus Belgii calamitatibus convulsum ac Antverpiensis Cartusiæ (quæ nunc Lyranæ est) excidio lacerum, non sine augmento novorum fundorum coëmptione amplificasti, novis structuris et ædificiis restaurasti, quod nulli prædecessorum tuorum obtigit, licet ad id non parva cum laude conati fuerint. Mirantur omnes quibus rei domesticæ tuæ ordo notus est R. V. tam exiguis redditibus tantum Religiosorum numerum alere et tamen etiam erga extraneos hospitaltatis virtute non parum esse instructam. Congregationem enim tuam perquam religiosam numero duplicatam tenes, ab ea quam olim adisti ut sit in multitudine populi dignitas Regis sicut in paucitate plebis ignominia solet esse Principis...

1625

Eodem morbi genere, quo P. Visitator [Jac. Dionysii Gand.], de medio sublatus est 27 eiusdem mensis Septembris V. P. D. Guilielmus Willems, professus et alias Prior domus Lyræ, Rector novæ Plantationis Antverpiæ, puta ardentí febre, ut etiam cerens in manibus diflueret. Sepultus est honorifice apud PP. Prædicatores, quorum Prior amicus defuncti erat et excepit eius confessionem ac alia sacramenta administravit ni fallor.

1625

Uique plerosque Religiosos recepit imprimis D. Petrum Daems ætate adultum et perdivitis senatoris Antverpiensis filium. Ipse, inquam, Prior vixit satis exemplariter absque querela. Habuit etiam sermonem in Capitulo Generali ac domum Montis-Dei visitavit, et priori contradiscentes compescuit, aut ablegavit. A paucis mensibus accesserat ad hanc novam plantationem, ad quam et Religiosos aliunde accersiri intendebat, propterea annonam comparaverat et pro domo nostris usibus aptanda sumptus fecerat : hinc post obitum multa debita inventa sunt, et quod dolandum rationes dati et accepti non sunt inventæ in scriptis redactæ. Putant aliqui chartas furtive subreptas et aliæ suspiciones inhæserunt animis hominum. Si tamen supervixisset æs alienum bene dissolvisset, et negotia sua peregisset...

f° 109

1625

P. Convisitator nullum ibi constituit Rectorem, se D. Henricum Brusseghem coadjutorem seu Procuratorem instituit ; ordinationem dictæ Plantationis reservans Capitulo Generali.

1625

Et diuturno morbo decumbebat in eadem domo frater Petrus donatus, Germanus prædicti rectoris, atque ita dolore et merore consumptus sequenti luce expiravit appositus ad fratrem in ambitu Prædicatorum PP.

f° 110

1625

Minutionibus Septembris... pereximus ad sacellum vicinum S. Annæ (Laken), ibi fons medicinalis maxime pro febribus visitur, atque ibidem licuit cernere Cartusianæ pietatis vestigium, tabulam D. N. J. Crucifixi cum imagine ad vivum D. Henrici Hinckaert monachi in Scheut qui curaverat pingi.

1625

Redeamus ad opus iam longo tempore intermissum et cum gratia Dei absolvamus hoc præsens et, ut reor, ultimum volumen ; siquidem iam a 15 annis sat multa gesta sunt ut illud repleatur, etiamsi ab externis pauciora adiumenta conqueri non detur.

f° 111

a.1625

9 Augusti Ser<sup>ma</sup> Infans prohibuit omne commercium cum Hollandis, quare ob penuriam piscium et oleo V. P. Prior petiti a R<sup>do</sup> Patre dispensationem ut possimus laticinia comedere in Adventu et respondit scriba ut ordinaret in sua domo et Provincia quod esset ad maiorem Dei gloriam et consolationem personarum ordinis. Igitur in adventu ministratum est nobis buturum sed non ova.

1625

Cartusiani Gandenses pastore orbati per obitum D. Jacobi Dionysii distulerunt aliquandiu alium eligere quod V. P. Prior noster co-visitator Provinciæ non recta uteretur valetudine, quem optabant et petebant ut præcesset eorum electioni. Pauci erant, tres tantum professi et duo officiales vocem habentes huic disputabatur a quibusdam an esset competens et sufficiens numerus Electorum, aliquid novi et inauditum contingit in hac electione : quidam enim seipsum elegit, et cum hoc confirmatores et electores qui in eum non consuetabant, deprehendissent, suspensa fuit confirmatio et negotium totum R<sup>do</sup> Patri generali per litteras intimatum et commissum... Hic casus non exprimitur in Statutis nostris, illum aliqui accusabant ambitionis, alii deridebant : ipse obfirmatus persistebat in sententia sua se recte elegisse, non tamen ut confirmatur studium improbum adhibuit. R<sup>dus</sup> Pater irritam electionem declaravit, et præfecit in Priorem dictæ domus Gandensis D. Levinum Jaghere professum ibidem, propterea a Prioratu domus Sylvæ S. Martini absolutum, quem officiales duo ex aliis domibus assumpti elegerant.

f° 111v

... commode accidit ut D. Henricus Brussegem prof. Lyræ qui ibidem (Antv.) tantum nomen coajutoris assumpserat, eligeretur in Priorem a conventionalibus domus Sylvæ S. Martini, quem facie non noverant sed tantum fama virtutum et probitatis illius ex relatione cuiusdam Religiosi, qui cum eo Lyræ vixerat, nam præterquam honestissimis parentibus natus esset Antverpiæ atque benefactor domus suæ professionis non vulgaris extaret, atque Licentiæ laurea decoratus nihilominus modeste et timorate se gerebat, maior animus et industria exterioris regiminis requirebatur in ipso. Sic nemo ex omni parte beatus.

1625

D. Vincentius Knibbe professus domus nostræ Bruxellensis, Orocinator Gandavi, translatus est ad novam Plantationem Antverpiensem ut ibi fungeretur dicto officio Procuratoris, cuius industria videbatur ibi necessaria, cum non haberet Rectorem...

D. Vincentius dixit se Gandavi acceptarum pecuniarum computum reddisse ultra opinionem conventionalium, qui interrogabant utrum ipse eas collegisset, et ex quibus domum vicinam coëmerat, fundum Cartusiæ dilataverat.

1625

28 decembris circa meridiem huius lucis usuram amisit Magister Andreas Koninckxloo cämentarius noster qui hanc novam domum et Ecclesiam ædificavit, et ob familiaritatem quam habuit cum religiosis desideravit in cœmiterio nostro sepeliri.

f° 112

1625

Hac hyeme in domo monachorum Gosnay recessit a vivis D. Antonius Hus prior ibidem tempore visitationis dolore animi, ut quidam credebant, propter quorundam contradictiones verius quam accusationes, sed et qui maxime adversabatur ei intra octiduum aut paucos dies eandem lethi viam ingressus, quare memento novissimorum et desine inimicari...

D. Antonius Hus dicitur semper hilaris et iucundus fuisse in D<sup>no</sup> et religiosos spiritualibus suis colloquiis recreasse saepius, nam spiritualis facundusque concisnator erat nec dubitavit coram Duce Arschotano Carolo de Croy qui solebat ad Cartusianos saepe divertere, sermonem habere quem premeditaverat pro laici. Fuitque octo annis Valencenis magisterque D<sup>ni</sup> Anthelmi de Prouville, qui nunc est Prior et Visitator, - et novem annis sacrista in domo professionis et amplius Procurator domus erat Audomarensis.

1625

Conventuales rursus fortassis elegissent n<sup>rum</sup> P. Priorem D. Brunonem d'Outelair, qui erat istius domus professus, sed P. Visitator intimavit electoribus se non confirmaturum illum in Priorem absque consensu R<sup>di</sup> P. Generalis, operam eius necessariam esse huic Provinciæ, in qua unicus et supremus Rector erat. Non deesse in ipsorum Provincia viros huic oneri pares. Quare elegerunt D. Anthelmum de Prouville, professus et vicarium domus Valencenarum, qui nunc est ibidem Prior et visitator.

f° 114

1625

Anno 1626 vitæ terminum figit 9 januarii D. Antonius Desmaretz prof. Cartusiæ, Prior domus Vallis Benedictionis prope Avenionem et visitator Provinciae Provinciae, alias Prior Allionis, sed longiori temporis spatio, 20 annis, vicarius fuit Cartusiæ, vir venerabilis vitæ, natione belga, habebatque Coadjutorem D. Joannem de Meldeman. Non solum Novitiorum sed et officialium ac conversorum ac totius conventus directio illi commissa fuerat.

f° 114<sup>v</sup>

2 Martii Podagræ et animi doloribus migrat ex hac vita honestus vir Johannes vander Schuren... Aderant sodalitas quam Gulden vocant gladiatorium, cuius ipse fuerat decanus. Postea mobilia eius fuerunt vendita et viduæ multos elemosynas prestare debuimus. Habemus tabulam ubi ipse cum uxore et prolibus ad vivum depicti sunt.

f° 116

1620

Antwerpen : Novæ plantationi in civitate Antverpiensi pastore orbatæ præficimys in rectorem D. Maximilianum Plouvier professum Cartusiæ (Fuerat is secretarius Legionis Comitis d'Embdem atque eiusdem comitis supremus œconomus aut Magister domus. Vir natus in Belgio ob eius animi dotes et doctrinam atque industriam, provectionis ætatis sede coelebs ante sex circiter annos profectus fuerat in Cartusiam cum D. Joanne de Meldeman ut supra scripsisse me credo, quem nunc P. Visitator reduxit, sed diu non supervixit nec adiutus sicut ipse sperabat et decebat

1626

Priori domus Schenæ Anglorum non fit misericordia. Et districte præcipimus P. Priori et conventionalibus ut nihil penitus agant pro mutatione loci, nec emant nec vendant sine expressa licentia P. Visitatoris.

(Nam quia absque dicta licentia et consilio Superioris emerant Furni in Flandria locum Deus irritum reddidit negotium siquidem Magistratus se opposuit (Pensionarius tamen qui maxime illis adversabatur brevi post de medio sublatum est per morbum). P. vero Visitator Neoportum se contulit in fine Julii ubi obtinuerunt locum eis hactenus denegatum.

Annis circiter Cartusiani Angli habitaverant Mechliniæ atque præclaros ædes pretis emptas possidebant, necnon pro contiguis cum vicino monasterio monialium litigaverunt prætendentes ibidem ad formam ordinis ædificare monasterium. Postea sententiam mutaverunt quod ex pensione Regia pauca reciperent et e contra a catholicis viris in Angliæ regno non contemnendæ eleemosynæ mitterentur, præoptaverunt Neoportum ut Angliæ proximum, in quo oppido hac æstate (163.) 7 cellas ædificarunt, atque eo mense Septembri commiigrarunt.)

1626

D. Joannes d'Anthinne in hac domo secundo iam hospes remissus est ad domum Lovanii suæ professionis ut exerceat ibidem officium vicarii, quo adhuc officio in eadem domo et pluribus aliis huius Provinciæ functus fuerat et in hac Magister aliquot novitiorum institutus quoniam vir probus et modestus atque apprime in cæremoniis et statutis ordinis exercitatus... libentius habitabat Bruxellis cum iam cellam ad formam ordinis nactus fuisse. Suspiciatur ab aliquo ænulo (?) redditum ad domum professionis fuisse procuratum, sed illum P. Prior ds Sophiæ D. Emmechovius hoc dedocuit et affirmavit beneplacitum esse superiorum se brevi secuturum...

1626

Leuven : ... eadem mutatio facta est in domo lovaniensi siquidem D. Arnoldus ibidem vicarius remissus est ad domus Lyræ suæ professionis ut ibi exerceret officium vicarii. Fuerat institutus per externos commissarios et conventionales ægre ferebant hospitem officialem in sua domo cum idoneas haberent personas professos et aliis domibus solerent submittere et suppeditare.

1626

Et quia P. Prior noster visitator Provinciæ non audebat propter pericula itineris ob bellum præesse electioni eorum diffinivit Priorem Distensem qui seniorem domus D. Henricum ab Ortho assumpsit in Collegam. Unde bonus senex gaudebat in extreme ætate se isto honore affectum, et habere quem optabat Priorem. Electus enim fuit a maiori parte Conventus D. Franciscus Francisci Leodiensis vicarius ibidem, qui ingenio, doctrina excellebat. Fuit cum eo electus sed paucioribus suffragiis D. ... Christiani, procurator, qui etiam prudens, sufficienter doctus, et a Patre Visitatore dilectus habebatur. Gaudebant Conventuales plerique omnes de tam idoneo Pastore, hinc si consilii causa P. Seniorem accessisset, remittebat cum hunc versiculum ex psalmis recitando : Intende prospere et procede et regna. Sciebat ex longo usu se non habere consortium in regno et iam subditum esse. Subjectis populis pars libertatis

videri solet a suorum aliquo gubernari. Sed quia hic doctrina ingenio præstantior et aviniosior erat, merito gaudebant...

1626

Vir pius, affectuosus contemplativus et magnanimus. Fuerat ante ingressum ordinis Pastor d'Ortho in Arduenna unde nomen illi adhæsit, et nepos devotissimi abbatis monasterii S. Huberti, qui dicebatur Joannes de Lammock et erat avunculus aviæ meæ maternæ. Cuius sollicitudine factum est ut probe et liberaliter educaretur. Romæque habitaverat tempore Gregorii XIII et noverat linguam Flandricam: propterea ad diversas domus huius missus, huic ipsius querela dicentis : qui addit scientiam addit dolorem... Etiam sic animi violentiam vehementiam et magnanimitatem prodidit in illa ætate, quæ ait Flaccus « ... custode remeto Gaudet equis canibus et aprici gramine campi ». Nam equitans una cum Nobilibus et agitans equum decidit in terram et luxavit sibi brachium. Unde ut in locum suum reponeretur tradidit se in manus Tortoris Leodiensis, et a sæcularibus dicebatur Paulus prostratus, qui huic casui eius conversionem ad monachismum attribuebant Sed ipse non annuebat nec prorsus abnegabat. Fuerat semper devotioni et pietati deditus, sicut mater mea solebat sæpe referre, quæ eius primitiis interfuerat, quas cum multo pietatis sensu et liquefactione animi Deo obtulerat. Postea se totum Dei servitio devovit et mancipavit in Cartusia Leodiensi ad quam conterranei ipsius non pauci nec infini nominis huic temporis confluebant velut ad tutum portum.

1626

D. Paulus, professus Diestensis a P. Visitatore super annum in Procuratorem monialium institutus confirmatur.

1626

Priori domus Leodii (D. Martinus Sleegers) ad suam instantiam fit misericordia et electionem domus Conventui. Et prior absolutus eligat sibi domum ad formam statuti. (non alio animo quam obedientiæ præcepto petiisse misericordiam aut absolutionem consternatio animi ad hanc inopinatam mutationem satis declaravit quam tamen satis constanter tulit atque apud suos degere maluit meliorem fortunam expectaturus. A suis conventionalibus fuerat ex Procuratore electus in priorem. Vir probus et œconomus, quamvis non ita litteratus aut spiritualis. Absolutionis causam namquam intellexi. Circa discessum Patris Visitatoris ad Cartusiam litteras magna sollicitudine directas audivimus. Et pro certo mutationem conventuales expectabant, mirum si hæc Priorem latuerint).

f° 118v

a.1626

eodem die [28 Junii] II<sup>is</sup> D. Joannes Le Vasseur fundator Cartusiæ Insulensus communicavit sub missa conventuali non sine nostro gaudis et ædificatione. Cui et carmen obtuli compositum a D<sup>no</sup> Gerardo quod invenitur in principio libri de Originibus Cartusiarum Belgicarum et alia in ordine elaborata videlicet Vado Mori, quod sic ipsem intitulavit, quod P. Prior peteret a me an dedisse. Ipse heros pro me responsum dedit...

a.1626

Joannes Cuysten Buscoducensis iuvenis circiter 22 annorum, 18 huius mensis Julii receptus ad osculum et ultima die mensis post Vesperas incellatus, qui postea defecit. Sed et tibialis D. Prioris inter eundum, soluta fuit quo non accepit pro bono omne, quod forte vanum videtur. Sed non illud quod magister P. Vicarius quæreret coadutores qui illum adirent et horas legerent cum eo, nam dixi me adhuc tali modo supplantatum fuisse, propterea post vescionem nolui amplius adire aut familiariter cum eo agere : laborabat hernia ideo maxime discessit atque Coloniæ pingue beneficium obtinuit, si vera est fama.

1626

Sequenti die prima Augusti sub finem privatarum missarum spiritum emisit frater Joannes Schellekens, Lyranus, conversus huius domus et pro tunc portarius, etatis suæ c. 46 annorum, professionis 24. Proceræ erat staturæ et blondus. Sartor industrius et laboriosus et dexter in agendo, multa obsequia domui præstítit, nam bis fuit dispensator, et interim præerat pistruio braxatio ; radebat etiam religiosos. Sed cum fuisse absolutus ab officio dispensatoris secundo incœpit animo deficere et videbatur resumpsisse cum P. Prior post mortem frater Thomæ a° 1622 instituisset cum Portarium tq. fidelem et necessarium pro hac domo. Quod officium ut sedulo exequeretur, et expectationi P. Prioris responderet aliis omnibus nuntium remisit, nisi quod lavaret vestes aut zonas pro exercitio suo dixeret. Post festa Paschalia adhuc munus pariter cum horologio acceperat excitandi fratres ad matutinas quod præ ceteris plerisque diligentius Ecclesiam frequentaret, verum iam ab aliquot mensibus inceperat thysi laborare atque valetudinem eius non parum labefactasse creditur recens ædificium ad portam, ubi in demissso cubiculo dormiebat et fassus est invenisse stramina lecti sui putrida. Propterea scatebat pediculio quos accipiebat a pauperibus quibus in porta ministrabat, sed tanta copia suspecta erat divinæ alies animadversionis qui in vita tam intidus apparere studuerat nec vellem hoc asserere cum vires illi deficerent non poterat sibi opem præstare et forte negligebatur. Communicaverat in festo S. Jacobi patroni sui et parabat facere confessionem generalem D. Christophoro, qui breviario instructus offendit illu agonizantem...

Ipse in vita sua suos manes et afflictiones passus est.

1626

Germanus nostri novitii Cornelii Steylaert obtulit primitias opificii sui imaginem Christi de Cruce deponentis, quæ in cubiculo mulierum suspensa fuit. Ipse pictor iuvenis afhuc obiit in Francia Aureliis ni fallor.

1626

Honestis invenis Magister Cornelius Steylaert Antverpiensis 23 circiter annorum receptus fuit a P. Priore ante discessum eius ad Cartusiam. Incœpit primam probam 20 Aprilis et ad osculum receptus 21 maii in festo Ascensionis atque demum a P. Priore incellatus 26 junii.

f° 123

Quidam Leodiensis Balduinus Conne cum cerneret ad Prioratum Cartusiæ Leodiensis virum literatum promotum sibi persuasit gratum fore si in honorem S.P.N. Brunonis carmen pangeret atque cudi curaret quod tale est

Ad maiorem Dei gloriā  
Divo Brunoni Eremitici Carthusianorum  
ordinis fundatori et Patrono

1626

D. Henricus Ram scribebat mihi Rev. Episcopum D. Malderum Antverpiensem cantasse cum musica Missam in sacello Cartusiæ Lyranæ præsentibus gubernatore et primoribus opidi illius prout impressum invenies in Vita S. Brunonis Bruxellis impressa.

f° 125

a.1626

Frater Paulus Coppens conversus huius domus circa annum 1611 ex hac domo dimissus fuerat Diesthemium adhuc invenis nec propterea animum remisit aut pusillanimis factus est, honeste se habuit ac etiam meruit Ser. Infanti ministrare dum in Asperum Collem profecta Diesthemii moraretur,, et forte animi gratia ad Panaria domus progressa fuisse nec ultra. Ser. Archidux etiam domum intravit ac benedictionem reliquit centum florenorum aut etiam amplius. Postea frater Paulus Lovanium accersitus cum omnium satisfactione culinam administravit. Et P. Prior animadvertisens eius sedulitatem, et humanitatem quam etiam erga hospites exercebat data oportunitate hac propter obitum fratris Jacobi conversi cum domum revocavit. Iam præmiserat famulum Bartholomæum Oley qui ei in culina inserviret. Iam enim frater Jacobus Laurens donatus a culina amotus erat quam exercuerat multis annis.

f° 125v

f° 127

D. Guillaume du Chevre professus et Coadjutor d<sup>s</sup> Fontis B. M. alias Prior eiusdem et d<sup>s</sup> Vallis S. Georgii necnon vicarius monialium domorum Gosnay et Saletarum, vitam cum morte commutavit 25 Januarii et habuit plenum monachatum. Hic ex hispanico idiomate transtulit in linguam Gallicam Vitam B. Matris Theresæ a Francisco de Ribera Soc. Theologo compositam, Parisiis impressam 1601 et Antwerpiæ 1607.

1627

D. Henricus Amelius dictus d'ortho, qui in diversis domibus huius Provinciæ vicarium egit, ... Gandavi, ubi instruxit D. Jacobus Dionysium, qui fuit postea visitator.

1627

In cartusia autem Leodiensi viam universæ carnis ingressus est D. Henricus Amulius dictus d'Ortho, qui in diversis domibus huius Provinciæ vicarium egit, bis in domo Leodiensi suæ professionis, Gandavi, ubi instruxit D. Jacobum Dionysium, qui fuit postea visitator, Sylvæ Ducis atque etiam rectoratu domus Brugensis decoratus.

1627

Frater eius Romæ mansionarius S. Petri (ni fallor) obiit cum sancitatis opinione. Soror vero une locum postulavit et obtinuit apud pauperes Clarissas Mechlinienses quæ tunc exulabant Leodii. Dum hæc scribo 1640 adhuc in vivis degit Mechliniæ.

1627

Optime charateres pingebat et scienter ac prudenter epistolas componebat... Habebat etiam in oratorio suo crucifixum sanguinolentum ad pietatem et compassionem depictum, quem secum velut pretiosum monile semper circumtulit et post mortem a quodam Patre ordinis fuit petitus...

Dedit mihi sua exercitia hac semel transiens describenda, quæ infra ponam pro aliorum ædificatione et instructione qui eis uti voluerint, nam nescio an alibi reperiantur.

Exercitia D. Amelii d'Ortho Amoris divini exercitium. Hæc D. Henricus d'Ortho memoriæ commendaverat et ruminabat inter ambulandum, erecto capite quamvis senex semper incedens multa gravitate summitates longioris cucullæ plerumque manibus tenens cui non incongrue conveniunt isti versiculi Boetii de consolatione 5

Qui recto vultu cœlum petis, erexerisque frontem

In sublime feras animum quoque, ne gravata pessime

Inferior fidat mens, corpore celsive lenato.

1627

Ante ingressum ordinis numquam illum [Henricus Amelius Ortho] videram verum nominis eius fama quam apud sæculares et nostrates optimam habebat me ordinis notitiam et amorem concepisse certum est.

f° 130

[Franc. Le Pippre] ... vertit in Linguam Hispanicam, adiutus opera Patrui sui, qui tunc Bruxellis hærebatur, vitam S.P.N. Brunonis compositam a D. Joanne de Madriga quam latinam reddidit D. Gerardus Eligii.

1627

Post Pascha recessit a nobis cum lachrymis sed sponte et volens M. Joannes Custeyn Buxoducensis Novotius quod esset hermiosus et melancholicus. Eius magister iam ab initio et ante habitum observaverat vagos regirare oculos, qui mentis instabilitatem et fortuitatem aliquam iudicabant. Huic, ut dixi, augariavit aliquos qui cum cantum docerent, vel horas cum eo legerent; non volens operam suam et oleum perdere, quia bonæ indolis usque ad finem illum defendit, ac etiam ad professionem (credo) promovisset iudicato morbo. Sed Deus alietr ipsi et domui providit. Ad eius querelas Mater Buscoducis venit atque abduxit. Reliquit pro expensis vestimenta sua et 12 florenos. Dicitur pingue beneficium obtinuisse Coloniæ.

1627

Secunda dominica Quadragesima frater Guilielmus Kersmakers donatus qui a multis annis servierat culinæ, institutus est pistor et omne fere pondus domus in ipsum dirivatum donec sub onere succumberet per mortem.

1627

Rediit vero cum Venerabili Pater Prior D. Joannes Pipenpoy, noster comprofessus qui fuerat missus eius [le Pippre] loco, ac etiam laudabiliter in domo Gosnay fuerat tribus anni et Patres eiusdem domus ingenui confessi sunt sese numquam habuisse tam egregium hospitem, quia iuvenis et fortis, bonus cantor et doctus. Colligit ibidem ex suis theologicis scriptis libellum de casibus conscientiæ. Fuit ibidem infirmarius et Cantor. Receptus Bruxellis a confratribus gratauerit et maximo gaudio a Parentibus quos salvos et incolumes reperit.

1627

V. P. Prior paulo post reduxit ad domum Gosnay suæ professionis D. Franciscum Le Pippre, bonum et humilem religiosum columbuiæ simplicitatis et obsequiosum. Qui tres fere annos exegit in hac domo. Studuit linguis addiscendio, et vertit in linguam Hispanicam, adiutus opera Patrui sui, qui tunc Bruxellis hærebatur, vitam S. P. N. Brunonis compositam a D. Joanne de Madriaga quam latinam reddidit D. Gerardus Eligii. Et impetravit pro Ecclesia duas pulchras imagines ex alabastro quibus exornatur summum altare, et nunc (dum hæc scribo [c.1640]) secundo in hac domo hospitatur post 13 circiter annos propter bella francica.

f° 130v

25 Maij feria 3 Pentecostes reversus est ex Cartusia V<sup>lis</sup> Prior D<sup>ns</sup> Livino Jaghere Prior Gandensis convisitator institutus. Quod iter emensus est decem continuis annis, quibus supervixit, nec est alius qui illud celerius perageret, aut citius rediret. Non igitur ibat quia delectabat cum domus aliena sed officii causa, ut sublevaret senectutem P. Visitatoris, quamquam et cum eo aliquando iverit.

a.1627

D. Adrianus procurator Sylvæ revertatur ad domum Liræ suæ professionis et ibidem exerceat officium Procuratoris.

a.1627

Per hanc cartam D. Ægidius van Blitterswyck professus huius domus pro secunda vice institutus est Procurator domus Sylvæ S. Martini propter indistriam œconomiæ.

Erat hospes in domo Capellæ : hic Pater vicissitudines expertus non paucas sed animum non abiecit, in silentio præstolans salutare Dei et consolationem.

1627

Priori domus Sophiae (D. Joanni Emmechovio) ad suam magnam instantiam et propter senium et infirmitates fit misericordia. Et præficimus in Priorem... Et prior absolutum vadat ad domum Lovanii suæ professionis, prout petit, cuius consolationem tanquam de ordine bene meriti P. Priori plurimum commendamus.

Dixit quidam P. Emmechovium hoc submissionis et secessus exemplo plus profuisse quam toto regiminis sui tempore, quamquam plurimum profuerit ut his allatis Patrum Diffinitorum verbis testatum relinquitur. Sed ipse dicebat inter vitæ negotia et mortis diem oportere spatioum intercedere.

1627

D. Fredericus professus domus Capellæ, hospes in domo Brugensi missus est ad domum Ruremundæ Provinciæ Rheni. Hic, quamvis id aliquando petisset quod esset Germanus, iam morbum herniæ causatus, ægre et tarde obedivit, licet Episcopum et Nuntium apostolicum (qui ei de meliori cingulo providit) adierit, sed et patientia P. Visitatoris superatus tandem eo se contulit.

a.1627

D. Fredericus professus domus Capellæ, hospes in domo Brugensi, missus est ad domum Ruremundæ Provinciæ Rheni. Hic, quamvis id aliquando petisset quod esset Germanus, iam morbum herniæ causatus, ægre et tarde obedivit, licet Episcopum et Nuntium Apostolicum (qui ei de meliore cingulo providit) adierit, sed et patientia P. Visitatoris superatus tandem eo se contulit.

1627

Huic D. Prior noster iam diu destinatum sibi Procuratorem ivit allatum D. Joannes Pipenpoy (eius mensis Junii dominica infra octavas V<sup>lis</sup> Sacramenti instituit, qui erat tunc professorum ultimus sed maturus moribus), quem eo prius duxerat ut linguam gallicam melius addixeret et forte mores et consuetudines domus profesiones suæ quibus assuetus erat, quamquam aliquando dixerit nos meliores alias servare, sed optare conformitatem in omnibus. Non ita R. P. Bruno d’Affringues qui volebat ut unaquæque domus suas servaret non contrarias statutis. Sciebat solem alicubi ferventius licere.

f° 131

a.1627: D. Anthonius le petit professus et alias Prior domus Gosnay qui recepit ad ordinem V. P. D'Outelair Priorem nostrum Domo Betuniensis erit et cognatus Domini Cornet Prepositi Canonicorum Insulis et Archidiaconi Cameracensis. Ante ingressum ordinis fuit magister musicorum in Collegiata Ecclesia S. Bartholomæi, quare multos libros cantus conscripsit pro domo sua et monialium, quibus aliquando datus est Procurator. Maximus fuit silentarius et solitarius, pius et devotus quasi unus ex antiquis patribus; assiduus in choro, sibi rigidus et a vino semper abstinentis. Non igitur musici sunt semper bibaces ut obiecit discipulus eius D'Outelair quando aulicus musicus petebat locum.

a.1627

Pro exactiori observantia § 4 cap 21 2<sup>a</sup> partis statutorum declaramus eos qui ab una domo ad aliam missi notabiliter divertunt a recto itinere teneri poena fugitivorum. Et eos qui pecunias sibi pro viatico datas in alios quam itineris usus impenderint sine expressa licentia superioris teneri poena Proprietariorum super quibus superiores invigilent. Et debitam iustitiam faciant facta diligenti inquisitione.

a.1627

Feria tertia post festum SS<sup>a</sup> Trinitatis 16 Junii V<sup>lis</sup> Pater Prior salvus et incolumis rediit ex Cartusia, confirmatus Visitator principalis cum socio assumendo.

f° 132

Alias præterea invenis postulans fuit admissus ex commendatione D<sup>ni</sup> Joseph vanden Leene domus amici et benefactoris, qui illi erat proximus consanguineus, Magister Joannes vanden Zande, et 17 Julii ad osculum receptus et 29 eiusdem mensis ad habitum. Nec hoc ingratus tacebo P. Johannem L'Apostole seniorem hunc adolescentem maxime promovisse ad ordinem sicut et alios duos vel tres in domo Distensi.

1627

20 Junii D. Cornelius Steylaert cum nostro et amicorum gaudio emisit professionem. Proprius dies erat XVI sed pro maioiri solemnitate et commoditate transaltus est in Dominicam proximam.

f° 132v

1627

Dedit etiam ad instantiam fr. Aegidii conversi vitas sanctorum flandriæ.

[Elis. van Blitterswyck]

1627

Circa hos dies V<sup>lis</sup> Pater remisit Antverpiam ad Parentem, quendam honestum iuvenem Petrum Smidt, quod conventuales conquererentur sue postulatione aut eorum scitu (quod statuta non exigunt) fuisse ad primam, quam occasionem P. Prior libenter amplexatus est quod audivisset cum non tam firmi esse cerebri, aut timorem ipse indicasset conspecta alicuius imbecilli infirmitate. Postea se supplantatum fuisse conquestus et frustra desiderium ad ordinem adhuc perseverans nostris ibidem patefecit.

1627

14 Julii ex hac vita migravit pia et devota Elisabeth van Blitterswyck, beguina, soror D. Joannis sacristæ, cui ad vitam legavit 33 florenos, et semel 25 pro missa et agenda cantanda et pitantia conventui ministranda et alio 25 florenos pro centum missis in privato dicendis, sicut et aliis ordinibus legavit ut oraretur pro ea nec non et pauperibus benefica fuit. Insuper vivens plures ulnas fimbriarum, quos dantellos vocamus dedit pro ornatu sacelli anterioris et ex eodem opere antipendium et cortinas, quæ positæ fuerunt in festo Assumptionis B. M. , et flores sericos pro Ecclesia. Dedit etiam ad instantiam fr. Aegidii conversi vitas sanctorum flandrice. Et ordini atque personis benevola affecta, obiit morbo thyssi invenis adhuc.

1627

Fato etiam concedit 27 Julii D. Lucas Paludanus professus et Prior domus Lovanii longa tabe consumptus ; præfuit laudabiliter et proficue quamvis impeditioris linguæ fuerit. Eum ab œconomia Conventuales laudaverunt. Curavit fieri doxale ex lapide patrio cum statuis sanctorum ordinis, partim sumptibus et munificentia D. Ludovici ab Ennatten abbatis S. Gertrudis, partim fratrum suorum mercatorum Antverpiensium.

1627

Alius præterea iuvenis postulans fuit admissus ex commendatione domini Joseph Vanden Leene, domus amici et benefactoris, qui illi erat proximus consanguineus, Magister sc. Joannes vanden Zande, et 17 Julii ad osculum receptus et 29 eiusdem mensis ad habitum. Necnon ingratus tacebo P. Joannem l'Apostole seniorem hunc adolescentem maxime promovisse ad ordinem sicut et alios duos vel tres in domo Distensi, Clementem Joannem (Schoonhovendonck).

f° 133

1627

2 augusti electus est in Priorem domus Lovaniensis D. Gisbertus Bahusius professus eiusdem domus tunc vicarius monialium Brugis, qui fuit in hac domo bis Prior et me ad ordinem recepit iam declivæ ætatis, propterea dicebat se eo libentius ad domum professionis redire. Solent aliquando moniales obtendere se habere privilegium, per quod non possit aliquis sibi auferri officialis, sed D<sup>na</sup> Priorissa nihil aliud opposuit quam P. Vicarium sibi datum a capitulo generali, sed responsum est statuta permettere ut domus viduata pastore possit quemcumque officiale suæ domus professum eligere in Priorem. Ut his difficultatibus occurreret P. Prior noster Visitator Provinciæ atque eis provideret de idoneo vicario Brugas profectus est...

1627

... in cuius (Knibbe) locum Antwerpianam missus est D. Judocus Gindertalen professus huius domus, cantor chori qui tubalem vocem habebat. Sed in parvo sacello non permissus inflare buccas suas, et melanchior atque frigrior evasit in officio quam in cella.

1627

In die Assumptionis B. M. missam conventualem cantavit D. Arnoldus Keghel ex procuratore domus huius Prior domus S. Sophiæ per cartham ordinatus, qui huc usque in domo remanserat præstolans salvum conductum a statibus Hollandiæ. Affectum erga hanc domum ex tunc patefecit quando huic petit sibi dari Procuratorem forte desiderio, non tamen petitione fuit clusus, siquidem datus est illi D. Vincentius Knibbe, qui tunc Procuratoris officio fungebatur in nova Plantatione Antverpiensi, in cuius locum Antwerpianam missus est D. Judocus Gindertalen...

1627

Legi **in monumentis domus Ultraiectinæ** Dominum Joannem de Monte Aquilæ professum dictæ domus et vicarium Monialium prope Brugas circa a.1546 fuisse in Priorem electum domus suæ professionis atque confirmatum. Nec potuisse moniales impedire talem electionem nisi nuntium certum dirigendo ad R. P. Generalem, qui tamen dedit optionem Electo acceptare prioratum aut manere apud moniales, quod postremum multis precibus er lachrymis exoratus acceptavit, sed non die supervixit.

1627

Et de consilio Patris Convisitatoris dedit [P. Visit.] eis [monialibus Br.] in vicarium D. Joseph [van Schyndel] professum domus Sophiæ tunc vicarium domus Gandensis.

f° 134v

a.1627

Cantatores aulæ invitati a quodam sacellano S. Gudilæ D. Alexandro familiari amico huius domus (qui fuisse D<sup>ni</sup> Bourlotii canonici et cantoris dictæ collegiatæ Ecclesiæ famulus) cantaverunt missam musice cum duobus choris in sacello n<sup>ro</sup> suburbano Schutensi et vicinia ab eodem invitatore convivis excepti et recreati.

f° 135

1627

[Joannes Broyerus] scriptores ordinis colligit longe diu antequam Bibliotheca esset ædita atque nomina scriptorum misit D. Petreio Bibliothecario prout agnoscit et gratiam refert calce suæ Bibliothecæ,...

1627

Sicut dicit Divus Hieronymus ama scientiam, scripturam et carnis vitia non amabis ; hinc gloriabatur se illibatam virginitatem custodivisse, neque etiam de illa re male unquam audivit. Etiamsi studium litterarum nihil conferret ordini, quam utilem occupationem monachorum, esset nihilominus maxime veneratione a nobis promovendum, quia nisi mens hominis claustral is aliquo exercitio occupetur delectabili in multas et varias miserias dilabitur ; huic quando vidit me invenem et pusillanimem attulit exempla Cæsarii quibus recrearer et consolarer.

f° 135<sup>V</sup> : ... scripsit in cella Chronicon Dorlandi scriptores ordinis collegit longe dui antiquam Bibliotheca Cartusiana esset editi, atque etiam nomina scriptorum misit D. Petreis Bibliothecario prout agnoscit et gratiam refert in calce bibliothecæ

... hinc sumptibus non pepereit ut libros emeret quantum facultas domus permisit Bibliothecam que nostram illi pro maiore parte debemus siquidem ex antiqua domo fere nisi libros cantus habemus hinc non te fallat ista inscriptis liber domus Cartusiæ in Scheut prope Bruxellam, quam ipse libris præposuit more antiquo quamvis iam in civitate degeremus prout ex anno editionis librorum cognoni possis.

Ibid. : ...scripsit in cella Chronicon Dorlandi, scriptores ordinis collegit longe diu antequam Bibliotheca Cartusiana esset edita, atque etiam nomina scriptorum misit D. Petreio Bibliothecario prout agnoscit et gratiam refert in calce suæ bibliothecæ.

1627

Joannes Stroobant invenis Bruxellensis (intra cuius brachia olim D. Nicolaus Smisman exhalaverat spiritum) fuit receptus 3 octobris et 28 in festo S. Lucæ vestitus, cognatus P. nostri senioris ex parte matris, et quasi locum ei cederet.

f° 136:

Etiamsi studium litterarum nihil conferut ordini quam utilem occupationem monachorum, esset nihilominus maxima veneratione a nobis promovendum, quia nisi mens hominis claustral is aliquo exercitio occupatur delectabili in multas et varias miserias dilabitur. Hinc quando vidit me iuvenem et pusillanimum attulit J. de Broyer exempla Cæsarii quibus recrearer et consolarer.

Cum esset lectioni, scriptio n deditus non mirum est si ordinem nostrum sibi delegerit...

De ipsius studio erga litteras ante præfatus sum. Huic sumptibus non pepercit ut libros emeret quantum facultas domus permisit. Bibliothecamque nostram illi pro maiori parte debemus siquidem ex antiquo domo fere nisi libros cantus habemus. Huic non te fallat ista inscriptio liber domus Cartusiæ in Scheut prope Bruxellam, quam ipse libris præposuit more antiquo quamvis iam in civitate degeremus prout ex anno editionis librorum cognosci possis.

f° 138

1627

Obiit hoc anno Buscoduci fr. Joannes Commotius conversus professus domus Monachorum in Arnhem postremus, nec tamen domum vidit integrum aut florentem sed professionem suam emisit in præsentia Prioris Arnhemensis in domo Coloniæ ni fallor. Hunc tamen facit filium nostræ Provinciæ atque aliam laudat D. Petreius in Dedicatoria præfixa Chronico Dorlandi ad Patrem Herculem Visitatorem nostrum, his verbis : quod ipsum pro suo erga superiores reverentiæ observantiacque studiis identidem mihi inculcavit fidelis Provinciæ vestræ filius ac singularis industriæ, pietatisque vir f. Joannes Commotius et D. Gerardus Eligii in Originibus Belgii Duaci impressis p. 39, quem tu consule. Vidi virum canicie venerabilem, probum, modestum ac devotum, noverat linguam latinam, clericum magis se præferebat, quam laicum.

f° 138v

Ob. item V<sup>lis</sup> David Reuses sacerdos benefactor domus Brugis habens tricenarium et Missam de SS<sup>ma</sup> Trinitate per totum ordinem.

f° 140

1628

In solemnitate S. P. N. Brunonis missæ conventuali interfuit Ill. Archiepiscopus Cæsariensis qui privatim in summo altari ante celebraverat. Pueri aulæ cantores circa meridiem primum adventarunt cum suis Pædagogis, et nonnihil cantarunt in Ecclesia. Postea deducti ad cubiculum hospitum ubi V. P. Priorem a morbo convalescentem sua harmonia recrearunt manseruntque ad vesperum usque et post collationem pomeridianam litanias B. V. in sacello cantarunt quod seq. annis fecerunt donec per PP. Visitatores interato interdictum fuitne in officio nostro iis interemur, sic enim sane intelligendos puto.

1628

Obiit in principio huius anni J. D. Vrieze fenestrarum ambitus nostri Pictor, excellens in arte sua cum haberet bonum exemplar sed et vivos colores apponebat, non est inventus illi similis suo tempore, unde est quod gratias agamus Deo et nobis gratulemur quod supervixerit ad omnes perficiendas. Hoc dolendum quod pauper obierit, huic alii carius suam operam nobis elocarunt, quamvis nostri accusarent defectum œconomiæ ipsius. Certum est quod pro pictura non multum habuerit : 38 aut ad summum 40 florenos, cum a dantibus nostri peterent 71 sc. pro feramentis et lapidibus.

1628

2 Junii obiit D. Erasmus de Vroom, professus et alias Prior domus Hollandiæ, Procurator bonorum Cartusiæ, quæ habet in Hollandia. Hospes in domo Bruxellæ, habens plenum monachatum. Sepultus est in sacello anteriori B. M. super cuius sepulchrum murus interior colloquitorii mulierum ædificatus est.

f° 140v

1628

In quadragesima V<sup>lis</sup> P. Prior habuit commissionem a R<sup>do</sup> Patre ut cum P. Priore S. Audomari D. Thoma Wericq summo Cœnomo visitaret ædificia quæ Patres Angli struebant Neoporti. Ibi sequenti die incidit in febrim qua periclitatus est, et propterea diutius hæsit in Flandria.

1628

In die S. Valentini advecta est statua S. P. N. Brunonis Antverpia atque eodem die supra portam anteriorem domus nostræ posita, ut iam unicuique transeunti notum sit sub quo duce militamus. Pretium solvit, 25 circiter florenos R. D. Laurentius Zoënius Præses Collegii Divæi, qui et alia beneficia domui præsttit...

1628

Epistola D. Vincentii Knibbe comprofessi nostri, ibidem Procuratoris data 9 februarii a° 1628.  
... Congratulor V<sup>li</sup> Patri Rectori Cartusiæ Brugensis quod primum lapidem domus ædificandæ curaverit cum benedictione R<sup>mi</sup> D<sup>ni</sup> Antistitis ponit tam bono die, Natali scilicet D. Guigonis Legiferi nostri, qui statuta nostra primus condidit, et cum tam bono omne, nam eodem die nostri petiti sunt victoria et fortalitio de Schenck prout in Gazetis scriptum legi. Nec aliter decuit supplicationem fieri quam per monachos officiales. Quandoquidem hæc Cartusia primores monachos habuerit viros vere magnos, Ecclesiasticos et beneficiatos in sæculo prout videre est in tabula pensili quam habent et in originibus

f° 141

Neque silentio prætermittendum puto zelum huius Patris Coadjutoris [Stephanus Charpentier Montis Dei]. Quippe Wavria pretransiens vidit ibi monachum ordinis nostri, et ipsum curavit invitari ad cœnam, qui rennens satis manifestavit sibi non bene concium. Atque ab hospite suo didicit quanta libertate et scandalo ibidem hæreret quamvis in ædibus Parentum erat. Erat is B. Claerboutius prof. domus Lovaniensis, qui gerebat litem coram archiepiscopo Mechlinensi causans suam professionem invalidam et quidem ad suggestionem quorundam R. Pater permiserat educi a carcare, et ad parentes deduci, nonnullorum enim contumaces animi et plura si inhibeantur ausuri laramento aliquo melius curantur, verum nec sic curatus est, et insuiceras animas sicut impura corpora quo magis nubias, eo magis lædas ; quacumque audivit ab hospite D. Coadjutor retulit P. Vicario nostro Richardo qui notitiam habebat totius litis et causæ. Huic factum est ut prohibitum fuerit illi exire ædibus paternis nisi ad Ecclesiam atque lis postea brevem finem accepit. Negabat etiam Apost. Nuntius is tantam libertatem ei permissurum Certe inde, cum potuisse retineri, aufugit donec in profundum malorum et dementiam incidit. Et nostri pro evitando levi scandalo maius incurrerunt nam exteris etiam Provincias petiit ...

1628

Venerabilis autem P. Prior Cartusiæ Leodiensis D. Franciscus Francisci me suis litteris lactificare dignatus, quarum talis est tenor : Charissime Pater non immemor antiquæ tuæ humanitatis quam et modo in te circa me perseverare cognosco has volui ad transmittere, ut lactitiam nostram aliquam vindices 13 mensis præsentis Novitius noster coram Ill<sup>mo</sup> Nuntio Apostolico me celebrante professionem fecit, adstante hominum maxima multitudine : ipsoque Ill<sup>mo</sup> exhortatiunculam ad profitendum faciente, populoque ad audiendum intentissimo... gavirus est supra modum Ill<sup>mus</sup> potissimum ubi audivit juvenem votum emittentem et dicentem Ego Aloysius Gosuini etc. nam et Ill<sup>mus</sup> Aloysius Caraffa vocatur...

f° 143

a.1628

V. P. Prior Gandensis et Convisitator reversus ex Cartusia cum Priore Lyrano et Diestensi  
feria quinta post Pentecosten, etr lecta est carta statim post meridiem.

f° 143v

1628

In principio ætatis quidam egregius iuvenis præclaræ staturæ et formæ et bonæ indolis, ut apparebat, fecit probam in sœculari habitu et post quinque septimanas P. Prior dimisit eum, quod ei nimis iuvenis videbatur et magistro non satis eruditus, non sine dolore quorundam conventionalium. Qui in proximo festo S. Francisci eiusdem ordinis habitum sumpsit in Botendael.

1628

Frater Jacobus Laurens donatus huius domus et coquus industrius fuit expetitus a Proposito Affligemensi ut doceret suos novos tyrones artem pisces coquendi quibus semper vesci secundum Regulam S. Benedicti incipiebant et se in aliis observantiis reformare. Remansit ibi aliquot menses et 2<sup>a</sup> octobris remiserunt adiuncto vase primariae cervisiae pro conventus eique in manus 12 florenos dederunt et aliquando miserunt anguillas grati animi ergo.

f° 144

In festo Transfigurationis D. N. Jesu Christi professionum emisit D. Joannes vanden Leene alias vanden Zande, qui nomen assumpsit Anthelmi, Pater providit illi de omnibus necessariis sicut iusdum erat, et liberaliter tractavit Conventum et promisit mille quingentos florenos pro constructione nove cellæ: habebat tamen aliquot Ecclesiasticum beneficium in Walcourt, quod est oppidulum Comitatus Namurcensis cuius dispositionem Parens retinuit...

1628

Arnoldus Gyssels parum provectionis ætatis ex cognitione D. Pipenpoy procuratoris nostri habitum suscepit in domo Capellæ.

1628

Eodem die (Transfigurationis) Diesthemii professus est nostrum ordinem D. Joannes Schoenendonck Bruxellensis et in Junio præcedenti Nicolaus (nunc Bruno) Clemens, qui hanc domum studiosus sedulo frequentavit modestus invenis prope Hallas. Hos tres maxime promovit P. L'apostole senior noster.

f° 144v

In festo Transfigurationis D. N. Jesu Christi professionem emisit D. Joannes Vanden Leen alias Vanden Zande, qui nomen assumpsit Anthelmi. Pater providit illi de omnibus necessariis sicut iustum erat, et liberaliter tractavit conventum, et promisit mille quingentos florenos pro constructione novæ cellæ. Habebat tamen aliquod Ecclesiasticum beneficium in Walcourt, quod est oppidulum comitatus Namurensis cuius dispositionem Parens retinuit. Eius condiscipulus obtulit illi carmen cuius Chronographicum sic habet.

Vota VIgent qVæCVMqVe Deo non IrrIta profers.

f° 146

1628

Sed et in visitatione quam habuimus sub finem octobris per PP. Commissarios D. Petrum Lion Priorem Valencenensem et D. Thomam Wericq Priorem S. Audomari, ordinatum...

1628

ordinatum ut nulli sacerdotalium permittatur deinceps coquere cervisiam in hac domo ob varias causas nostræ vocationi et solitudini minus convenientes. Conquerebantur laici utensilia ab eis deteriora fieri et intempesta nocte pulsabant et intrabant domum.

1628

Cantus musicus et instrumenta musica cum per statuta nostra eorum usus interdicatur, non admittantur post hac in domum etiam quavis solemnitate vel festo incurrente : cui ordinatione fuit adhuc contradictum, quia per nos non fiebat, sed ad instantiam sacerdotalium, qui 15 ulti ingerebant.

1628

Ad consulendum honori et gravitati nostri ordinis, et ut moderentur excessus in tractandis Parentibus et amicis religiosorum diebus vestitionum, professionum, et primitiarum eorundem ordinamus ne in posterum vocentur vel admittantur plures numero quam 12, iidem tunc bina ad summum refectione sint contenti etc. Hæc ordinatio cum a prior ipso (ut præsumimus) sit profecta plusquam observata fuit ut saepius nulli prorsus sacerdotes admissi fuerint.

1628

Religiosi non loquantur cum mulieribus nisi cum socio nominando a Superiori, et sic per cancellos nisi sunt propinquæ in primo et secundo gradu quibuscum poterunt loqui sine socio et in hospitis mulierum.

1628

In ieuniis quatuor temporum eiusdem mensis (sept.) D. Cornelius Steylaert Bruxellensis ordinatus fuit sacerdos, qui 8 octobris cantavit primitias. Matrona quædam Antverpiensis dedit illi pulchram albam et cucullam ecclesiasticam, fratres 40 florenos pro tractandis religiosis sed nullus ex propinquis adfuit.

f° 146v

1629

Ex ordinatione Patrum Commissariorum frater Ægidius de Wint conversus huius domus et sartor missus fuit ad domum Sylvæ S. Martini non sine sensu doloris, sed non erat relictus ei iustus quærelæ locus siquidem et publica admonitione præventus fuerat. Et hæc pœna seu cantela non adeo gravis, nam omne solum viro forti patria est. Erat industrius in arte sua et in aliis negotiis expediendis dexter. Habuit curam sacellorum ad portam in Schuet et *t'Alvenblock* ibi pulchram tabulam beatæ Virginis fieri curavit et tria hæc ornamentis exornavit, et postrema quadragesima violaceis maxime domesticum nostrum ad portam ; hinc etiam ex eius exemplo sub finem 40<sup>mæ</sup> pro choro nostro primo violacea ornamenta antependium et casulam habuimus.

f° 147v

1628

In iejuniis quatuor temporum Adventus D. Joannes Stroobant fuit ordinatus subdiaconus Mechliniæ, cum quo ierat D. Procurator et diverterunt ad ædes D. Archidiaconi, sicut ipse nostros sæpius invitaverat, quandoquidem non haberemus amplius monasterium in civitate. Equos tamen relinquerunt in hospitio publico.

1628

Tempore visitationis 22 octobris professionem D. Joannis Stroobant Bruxellensis qui nomen accepit Hilarionis. Aderant honesti cives propinquui eius nec tamen sequenti die iis fuit concessum ut hic pranderent. Et propter hos emanavit ordinatio de numero invitatorum. An ex dispositione P. Prioris factum sit ut præsentes adessent incertum relinqu, dubium non est quin expensas extraordinarias non approbasse.

Texui eidem D<sup>no</sup> Hilarion cingulum atque pro bono omine dedi illi tale Chronographicum.

DeVs præCInXIt Me VlrlVte.

f° 149

1629

11 Martii celebrius cantavit primitias suas D. Bruno van Oudenagen professus huius domus et maximus benefactor altero ordinationis die quare erat dominica quatragesimæ et quia secundum consuetudinem domus erat adhuc hospes potuit cum amicis suis epulari et in novo ædificio ad portam pro quo etiam construendo magnam pecuniæ summam legaverat et lætum dium agere cum fratribus qui erant ipsi reconciliati. Sed non soror quæ secundo die adfuit quidem illi sed nisi ut cum lachrymis adhuc expostularet quod vindicans suam hæreditatis partem gravasset illos sumptibus atque etiam D. Procuratori movit litem pro solutione eorum quæ hunc restabant solvenda.

f° 150v

1629

Altero die Annuntiationis Dominicæ D. Procurator Pipenpoy curavit sibi fieri musæum, et hoc initium operum suorum atque cellam reparari. Præterea ligna comparavit pro ædificatione et restauratione domus. Arbores partim pretio comparando, partim petendo a vicinis Prioribus Capellæ et Silvæ qui ad hanc domum frequentius divertunt.

f° 151v

a.1629

Altera Paschatis 16 Aprilis V<sup>lis</sup> P. Prior noster et Visitator profectus est in Cartusiam satis inopinata, qui tantum feria quarta præcedenti recepisset epistolas R<sup>di</sup> Patris quibus unvitabatur quasi illi postremum valedicturus, et ita contigit quia fuit postremum capitulum quod R<sup>dus</sup> Pater tenuit, in quo prior noster fuit primus diffinitior. P. Convisitator Prior Gandensis quia accinctus erat et iter nihilominus cum eo perrexit et Prior Leodiensis pro prima vice, qui reversus est per aliam regionem in domum suam. Sabbatho ante festum SS. Trinitatis V<sup>lis</sup> P. Prior salvus et incolumis reversus est domum relicto Priore Valencinarum P. Petro Lion ægroto in Cartusia. In cuius rheda ad Cartusiam ierat. In finibus Franciæ tantum olvios habuerunt prædones qui dulcibus verbis et data bursa feri iam confecto itinere nostros dimiserunt abire redditis equis et pecuniola ad perficiendum iter. Et dicitur invitatos fuisse a duce itineris quem nostri sumpserant in monte Dei ni fallor et se proditus satis animadverterunt.

f° 152

a.1629

Circa festum Venerabilis Sacramenti miraculosi D. Sacrista dedicavit Præpositis et Conditoribus novæ Sodalitatis eiusdem *Venerabilis Sacramenti Dialogum* de eiusdem supplicatione olim Belgice compositum a R. P. Francisco Costers s.j. Theologo, et recenter translatum in linguam latinam a D. Theodorico Petreis, quem Bruxellis idem sacrista curaverat imprimi sumptibus maxime D<sup>ni</sup> de Mol decani S. Gudulæ, qui accepit exemplaria.

a.1629

Rector novæ Plantationis in civitate Antverpiensi institutus est Prior, sed domus non est more antiquo ordini incorporata verbis expressis aut proprio nomine nuncupata. Expectat adhuc Patrinum.

a.1629

D. Henricus Byl professus Lovaniensis datus est Capellanus vicario monialium Brugis, quo caruerunt Prædecessores.

a.1629

Prior domus Capellæ D. Petrus Daems qui dictam domum multum reparavit ac picturis et supellectili decoravit atque navim Ecclesiæ per Guisios destructam tegere incœpit, translatus est ad domum Diestensem.

1629

In festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ Bartholomæus Olay adiutor coci accepit capitium donati.

1629

Et D. Laurentius Serjant Prior Diestensis, qui etiam domum ædificiis et personis auxerat ad domum Capellæ (translatus).

f° 154v-155

a.1629

Hollandi Sylvamducis post quinque fere mensium obsidionem transfosso et prærupto muro deditio[n]em 17 septembris adigunt. Hæc describere et meminisse pene animus et vires concidunt sed lector accipiat copiam Procuratoris Catusiæ Sylvæducensis ad nostrum vicarium (Joa. Richardi).

f° 156<sup>v</sup>

In festo Exaltationis S. Crucis III<sup>mus</sup> Nuntius Apostolicus Fabius Lagonisa ex Marchionibus Montis Herculei, Archiepiscopus Compsanus assumpsit sibi in confessarium D. Joannes Richardum vicarium nostrum, quare absque alia licentia R<sup>di</sup> Prioris Car<sup>æ</sup> exibat ad excipiendas eius confessiones vel etiam ad alia negotia.

1629

Tornaci apud nostros Cartusienses obiit magnificus Dominus Hermes Le Clerc Pater Prioris ibidem (qui nunc domui nostræ et Provinciæ præest) D. Jacobi Agathangeli le Clerc, qui parentem ante sedem suam in choro recondidit sub hoc cœnotaphio.

Deo Domino nostro et Redemptori J. Chr. S / Hermeti le Clerc ac Doctori medico mnemosynon.

Is Jacobo civitatis Tornacensis consiliario et Margareta de Froidmont ortus LX annis medicinam ibidem liberaliter et magna nominis celebritate fecit, ei ex uxore Agneta de Vergelos lectissima fæmina suæ gentis reliqui sex liberi, omnes Ecclesiasticam vitam professi. Hæresi per Belgium grassante et rebellione tumescente capite fortunis sæpe perclitatus, constantissima semper in Patriam, Regem, Deum mansit fide.

III et L XXX natus annos (ut pari cum liberis liberis pietate vitam clauderet ad hunc secessit Cartusiam, in cuius ambitu cellam restauravit, templum donariis ornavit, ædes supellectile instruxit, census duorum anniversariorum fundatione auxit, ibique III annis pio usus otio tandem devotus est MDC XIX nonis Augusti ætatis suæ LXXXVI, animæ lector bene apercere.

f° 157

1629

16 octobris viam universæ carnis pariter ingressa est honesta mulier Lævina du Pla vidua Joannis vander Schuren in cœmeterio nostro sepulti. Hi dum viverent et forerent in mercatura, dederunt nobis sæpius recreaciones ultra facultates suas, et maritus sæpe a nostris invitatus gratus esse cupiebat, viduæ quoque sæpe eleemosynæ subministratæ, nec tam ex malo eorum regimine quam filiorum (qui etiam plures erant) fuerunt depauperati. Paulo post tabula allata est, quæ exhibet depositionem Christi ex cruce in sinum matris, atque in fenestris ipsi cum prolibus ad vivum depicti. Diu fuit in choro laicorum. Intentio eorum fuit ut poneretur in magno ambitu.

1629

In octavis S. P. D. Brunonis pie in Christo obdormivit V<sup>lis</sup> doctus sacerdos D. Judocus Dormael lector in seminario D<sup>ni</sup> Episcopi Mechliniensis, qui fuit familiaris in hac domo propter D. Blitterswyck sacristam, cuius sororem frater eius duxerat in uxorem.

1629

D. Hilarion Stroobandt [sumpsit ordinem] sacerdotii, qui in festo S. Hilarionis et 11 milium virginum anniversario professionis suæ die celebravit primitias suas. Avus maternus Thomas de Broyere dedit calicem argenteum deauratum, parentes casulam ex damasceno albo cum cruce ex panno aureo. Soror eius religiosa in Jericho dedit corporale ex lineo velo quo caput contexerat in die professionis suæ.

P. Prior comedit nobiscum in refectorio. Amici omnes in ædibus parentum et hinc sumpta est reformatio ista (Sabbatho 4 temp. sept.).

1629

Sabbatho 4 temporum septembbris D. Anthelmis sumpsit ordinem diaconatus

f° 157v

f° 160

1629

Hoc anno 5 Julii in domo Capellæ D. Franciscus Boissart professus eiusdem velut alter Paulus Eremita flexis genibus ante lecticam emisit spiritum. Fuerat sacerdos sæcularis ant ingressu ordinis.

f° 161

9 martii paulo post mediam noctem oleo sancto delibutus in Dno quievit V. P. D. Maximilianus Plouvier, primus prior novae Plantationis Antverpiensis lauga (*lieue*) tabe exhaustus ; qui integris sensibus, et cum loquela usque ad ultimum fere spiritum perseveravit atque crucifixum arripiens petegat partem habere cum bono latrone. Agenda peracta, lotus, hirsutis vestibus, quas ex cartusia detulerat indutus, cistaque cum odoriferis herbis inclusus Bruxellas ad nos transvectus est, prout postulaverat comitantibus D. Procuratore Ghindertalen, donato et famulo Apotecarii. Atque ipsa dominica Lætare 10 Martii post prandium in Coemeterio nostro manibus conversorum et ministerio P. Prioris ac Visitatoris sepultus est non sine quorundam lachrymis. Obiit anno ætatis 64 vel circiter...

f° 161<sup>v</sup>:

Brief van 12 Maart 1630 aan Nicolaas Dierhout: ...Adde quod versatus esset in om-ni litteratura et doctrina symbolizare mecum videbatur et in multis conquadrabat quasi revera sub ea-dem sidera mecum natus et divino ductu ex citima Hungaria huc adductus fuisset ut pariter iungeremur anima et animo...

f° 162

Circa 25 Martii Antverpia huc allata fuit tabula Annunciationis B. Mariæ, quam D. Plouvier curaverat fieri sumptibus D<sup>ni</sup> Kesseler et Marquet Regii aerarii Præfecti, qui nostram Ecclesiam frequentabat et destinaverat pro sacello retro altare S. Annæ, quod sacratum est ad honorem B. Mariæ Lauretanæ, Mariæ Magdalenæ et S. Joseph unde et in claustris depicti reperiuntur, sed inventa est maior quam ut ibi recte collocari posset. Huic P. Prior insit ut operator in sacello mulierum ad portam cuius altare necdum tabulam decentem habebat, ibique manet. Pictura non plusquam 200 florenos consistit.

A° 1630

uit een brief van G.E. aan zijn medebroeder Nicolaas Dierhout, 16 Maart 1630: ...Cum Ernestus ad Belgii gubernacula tractanda descenderet ex Austria, ipsa cum Parente comes adiunctus est illi, quia enim parens origine Cortracensis erit utilis...Archiduce e vivis sublato, addixit se duci Arschatano, cui diu cohabitavit...

1630

D. Plouvier per cartam habuit missam de B. Maria per totum ordinem quamvis vivus non obtinuissest quia bene meritus erat de maiori cartusia, et de hac nostra, in cuius ambitu dedit fenestram et alias eleemosynas. Vita diuturniori et meliori vita dignus erat. Adiutrices manus non porrexerunt illi qui debebant, subministrando sumptus quos vel inviti successoribus suis pependerunt.

f° 162

1630

Circa 25 martii Antverpia huc allata fuit tabula Annunciationis B. Mariæ, quam D. Plouvier curaverat fieri sumptibus D<sup>ni</sup> Kesseler et Marquet Regii ærarii Præfecti, qui nostram Ecclesiam frequentabat et destinaverat pro sacello retro altare S. Annæ, quod sacratum est ad honorem B. Mariæ Lauretanæ, Mariæ Magdalenæ et S. Joseph unde et in claustris depicti reperiuntur, sed inventa est maior quam ut sibi recte collocari posset. Hinc P. Prior iussit ut poneretur in sacello mulierum ad portam cuius altare necdum tabulam decentem habebat, ibique remanet Pictura non plusquam 200 florenis constitit.

f° 163

Anno 1630: 28 dicti mensis dominica Cantate P. Prior visitator Provinciae reversus ex Artesia D. J. Richardum vicarium nostrum instituit Rectorem novae Plantationis Antverpiensis, quæ orbata erat pastore ex morte D. Maximiliano Plouvier, cum quo profectus est Antverpiam, et reduxit D. G. Eligii professum huius domus ibidem vicarium, ut idem officium hic exerceret.

f° 163

Anno 1630: Diximus supra D. Richardum a festo Exaltationis S. Crucis excepiose confessiones Ill<sup>mi</sup> Nuntii, quem etiam nunc ægre dimittebat. Suspiciabatur enim ordinem id agere ut illum sibi criperent, obstitissetque nisi cognovisset D. Richardum libera voluntate acceptare prædictum officium; voluitque sibi alium subrogari ...

f° 164v

1630

Domnus Pater Franciscus Francisci Prior Cartusiæ Leodiensis habuit sermonem cum aplansu omnium, quamvis non nemo reprehendat orationem omnibus haud numeris completam aut eloquentem tamen doctam acutam nullus negabit accessit pronunciatio memoriter et graviter enunciata, quæ orationis præcipua pars est ...

Thema erat Nolite diligere mundum ;

f° 165

Hoc anno 26 julii S. Anthelmi Ep. Bellicensis ordinis nostri exhumatio et translatio facta est  
cum plurimis miraculis cuius historiam curavimus typis mandari a.1634 Bruxellis.

a.1630

Hoc anno 26 julii S. Antthelmi Ep. Bellicensis ordinis nostri exhumatio et translatio facta est  
cum plurimis miraculis cuius historiam curavimus typis mandari a. 1634 Bruxellis

f° 168

1630

... alter frater Gulielmus donatus portæ curam suscepit et interim ad ardua quæque cogebatur.

1630

Frater Jacobus donatus et portarius Lovanium missus est...

1630

24 Augusti frater Bartholomæus Olaye Huerensis antiquæ prope Lovanium coadjutor Coci  
donatismi promissionem facit in manibus notarii sed diu non supervixit.

f° 169

1630

15 decembris... obiit III<sup>mus</sup> ac generosus D<sup>nus</sup> D. Joannes de Sturm Colonellus Consiliarius belli S<sup>æ</sup> Majestatis, gubernator opidi, Castri, totiusque ditionis Weerdtensis... Qui cum sentiret sibi vires corporis deficere in principio huius anni venerat Bruxellas demissionem petens, et alium sibi substitui, quod et obtinuit nam D<sup>nus</sup> Du Bois... mihi familiaris et cognatus cuius Pater dicti quoque oppidi fuerat Gubernator, officium eius exceptit.

f° 174<sup>v</sup>

8 maij D<sup>ns</sup> Joseph vanden Leene posuit primum lapidem pro ædificanda cella, quam promiserat in professione D<sup>ni</sup> Anthelmi vanden Zanden et est secunda in ambitu occidentalis quæ nunc notata littera G. Dedit cœmentariis tres florenos.

Idem D<sup>ns</sup> comparavit nobis omnes tomos S. Augustini ad instantiam D<sup>ni</sup> Anthelmi.

1631

Idem dominus (Jos v. d. Leene) comparavit nobis omnes tomos S. Augustini ad instantiam Dni Anthelmi

1631

8 Maii Dns Joseph vanden Leene posuit primum lapidem pro ædificanda cella, quam promiserat in professione D<sup>ni</sup> Anthelmi vanden Zande et est secunda in ambitu occidentali quæ nunc notatur littera G. Dedit cœmentariis tres florens.

1631

Honestis invenis, filius civis et mercatoris parmi lanei Bruxellis, dicti Meeterman, ivit pedes ad Sylvam S. Martini ut visitaret sacellum S. Hugonis Ep. Linc. pro patre apoplexia tacto, qui inde sensit levamen. Et incœpit membra affecta movere et ambulare. Sed is peregrinus brevi post obiit absoluta lite quam habebat cum vidua Lovaniensi, quæ dicebat matrimonii fidem promisisse.

f° 175

1631

Obiit D. Cornelius le Roux, professus et antiquior imo ultimus domus monachorum Brugis,  
sed præparantur habitacula pro novis colonis.

Ex charta

1631

D. Cornelius le Roux professus et antiquior imo ultimus domus monachorum Brugis, sed  
præparantur habitacula pro novis colonis.

f° 176

1631

Priori domus Lovanii (D. Gisberto Bauhusio) ad suam magnam instantiam fit misericordia et præficimus in Priorem dictæ domus D. P. Christophorum, professum et vicarium eiusdem domus. Et Prior absolutus exerceat officium vicarii.

1631

D. Bruno Vanberede ibidem Procurator vadat ad domum novæ Plantationis Antverpiensis.

1631

D. Ægidius (a Blitterswyck) vadat ad domum Sylvæ S. Martini et ibidem exerceat officium Procuratoris, iam tertio ad id officium promotus et nunc ad instantiam D. Richardi comprofessi nostri.

1631

præficimus in Priorem dictæ domus D. P. Christophorum professum et vicarium eiusdem domus.

1631

D. Judocus (Ghindertalen) ibidem Procurator vadat ad domum monachorum Brugis.

1631

Et committimus Patribus Visitatoribus ut componant et decernant sumptus quos pretendit a Patre Priore domus Capelle pro D. Servatius professus domus Ruræmundensis anno præterito ex intentione Patrum diffinitorum compensatos cum sumptibus quos domus Ruremundensis supportavit ratione D. Frederici.

f° 194

1632

D. Gaudedefridus de Hamael, professus et quondam Rector et vicarius domus Lovaniensis, qui ultra 60 annos laudabiliter vixit in ordine. Fuit egregius scriptor non habens parens in efformandis omnis generis characteribus. Fuit etiam hic vicarius et scripsit nova officia Trinitatis etc. Fuit vir valde pacificus et regularis disciplinæ ac præsertim statutorum ordinis nostri studiosissimus et zelosus observator.

1632

D. Andreas Linth professus domus Lovaniensis vadat ad domus Fontis B. Mariæ in Francia quo cum D. Procurator deduxit.

1632

D. Petrus Lyon professus et alias Prior domus Valencenarum et visitator Picardiaæ 1° februarii obiit qui aliquoties nostram domum visitavit. Habuit monachatum.

1632

Priori domus Monachorum Brugis fit misericordia.

... Et prior absolutus vadat ad domum Lyræ suæ professionis et ibidem exerceat officium vicarii. Erat D. Francis Molanus qui 15 annis præfuerat sed parum profuerat. Delineaverat novam domum, sed nihil incipiebat quamvis essent qui se adiutrices manus porrecturos promitterent, si inciperet. Reliquit sine dubio alias præparationes, et pomarium domus dilatavit. Ad eius absolutionem superiores devenisse existimo quod quidam e societate invictus fuerit in Cartusianos quasi parum utiles Reipb et forte eorum bona concupiscebatur.

f° 201

1633

Post professionem fuit statim sacrista, postea vicarius, in quibus officiis dum adhuc inventa caleret fuit diligentissimus, maximam divini officii curam habuit, libenter missam etiam pro aliis cantavit, multas correctiones fecit et annotationes in libris Ecclesiæ, sed modum excessit, non se continuit intra limites correctionum maioris Cartusiæ sed animadvertisens eas prodire ex emendatis Bibliis voluit eorum ubique textum sequi etiam in capitulis et iis quæ subiacent ordinationi Ecclesiæ, nec etiam characteres bene pingebat. Difficile est in omnibus servare modum. Zelo quoque nimio Piores officio moveri procuravit, tandem et ipse officio et loco motus aliquot annos in domibus Gandavi, Lyrae et Capellæ hospes exegit.

Postliminio domum reversus novitiorum adhuc director fuit pluresque invenes ad ordinem nostrum promovit.

1633

Frequentes habuit visitantes et alios habere permisit licentia obtenta, non enim contemnabat regularem silentii et solitudinis observantiam. Sed ex hoc exemplo inconveniens sequebatur quod sibi pulchrum honorificum iuniores ducebant visitantes habere aut optabant pro sublevamine tædii cellæ et solitudinis, quæ est nostra crux, quam debemus ferre et sequi Christum.

1633

Fuerat Carmelita Mechliniensis et habitum nostrum suscepérat Lovanii necdum promotus ad sacerdotium...

Latinam linguam non satis congrue calebat, quippe qui puer traditus fuisset monasterio et publicas scholas vix frequentasset, sed hunc defectum supplebat, iudicio et memoria, necnon diligentia, maxime in epistolis S. Hieronimi lectitandis...

f° 202<sup>V</sup>: Hic recte scribendi finem impono, dum totam unius hominis primi inquam nostri professi ætatem descripsi, item totam Regimen Rdi Patris nostri Generalis complexus sum, sicut et imperium Serenissimæ Dnæ Isabellæ Claræ Eugeniæ Principis nostræ, quæ sub finem huius anni mortem perdidit et vitam invenit.